

John Carter Brown.
Harold Brown.

334

des

21.

gman

Cette edition originale est rare et recherchée des Curieux. il est très difficile d'en trouver les exemplaires Bien Conditionnés.

De Bure n.° 2921.

L'edition originale est de Bâle, J. Bergman de Olpe, 1497. celle-ci est de Paris G. de Marnef, 1498.

[illegible] 1490 [illegible]

Stillwell P 972

GW 5064

Stultifera Nauis



Narragonice profectionis nunꝗ̄ ſatis laudata Nauis: ꝑ Sebaſtianũ Brant:
uernaculo uulgariq́ ſermone & rhythmo ꝓ cun/
ctorũ mortalium fatuitatis ſemitas effugere cupi-
entiũ directõe/ſpeculo/cõmodoq́ & ſalute: proq́
inertis ignaueq́ ſtulticie ꝑpetua infamia/ execrati
one & ꝯfutatõe/nuꝑ fabricata: Atq́ iam pridẽ Per
Iacobũ Locher cognomẽto Philomuſum: Sueuũ:
in latinũ traducta eloquiũ: & ꝑ Sebaſtianũ Brant:
denuo ſeduloq́ reuiſa: fęlici exordiũ principio.

Narragonia latine facta a Jacobo Locher Philomuſo. Sueuo:

Eiuſdem Epigramma ad lectorem

Epigrāma

Carmina, ſint quāuis triuiali ſculpta moneta,
Plaude tamē teneris lector amice modis.
Cultius eloquium nobis ſupereſſe putabis:
Si canimus tragico ſcripta canora pede.
Sponte quidem tenui fatuos depmpſimus orſu
Stultiuagiſq; uiris tranſtra locata patent.
Nauibus ergo uagis uentoſq; auraſq; fauentes
Et ſalubres portus: & loca tuta precor.
Cogantur fatui tumido ſubſidere ponto.
Ne modo: da tutam Iuppiter alme uiam.
Si foret inter nos etas Saturnia: pacis
Sancta fides: uite conſpicuumq; decus:
Non iam tot fatuos puppis cumulaſſet inertes:
Aequora qui ſulcant: uelaq; picta trahunt.

Epiſtola Iacobi Locher Philomuſi: Ad eruditiſſimum uirum Sebaſtianum Brant: Iuriſconſultum & poetā argutiſſimū preceptorē ſuū dilectiſſimū.

Epiſtola ad S. Brāt.

Si fas eſſet: preceptor iucundiſſime: exotici ac barbari ſermonis quiddā tuis mūdiſſimis auribus inculcare: In pſenti preludio rudis loquutor audaxq; iuuētus manibus tuis dedicarem: quod mihi labor ingenu9: ſedē tarieq; noctes ac frequens lucubratio peperere. Sed quia te humanitatis ſplendore conſpicuū cenſorē uideo:

abſq; ruboris macula ad te ſcribendu; pueriles ex citaui manus. nec eni es de numero eorum Critico rum: qui cũ & ipſi nihil ſapiant ingenii tamen aſpe ritudinem in alios uertunt. nec modo ali⁹ deſigna tus uultu: alio uocis ſono: alio q̊q; iceſſu: nec iactã tia obſolentiore: nec ſuperbia arrogãtiore: nec ca/ pillatior (ut imaliuoli ſolent) meam in te iuuenilem obſeruantiã manucapis. Memini dulciter me pue/ rum ſtipendiis foelicis achademie ſub te precepto re meruiſſe. O dulces confabulationes quas ſermo ne tuo ſuauiſſimo conditas: publico in Auditorio te ꝓfitente accepimus. auribus inq̃; tenellis & ad huc ꝓpter pubertatis mollitudinẽ ſtrepẽtibus: ſa/ lutares ac beniuolas ſolite tue facũdie diſciplinas exhibuiſti. Quotiẽs enim in freq̃nti gymnaſio cer/ tamina poetarum grandiſſonamq; ueterũ chelyn inflammaſti: lepidoq; ſuſurro cãtilenas orphicas/ delphicaſq; permulſiſti: quotiens obphebi tui dex teritatẽ laureãq; coronabile; me ad aganippidos uireta ſcaturienteſq; Gaſtalii riuulos concitaſti: Déoſthés Quemadmodũ attice iucunditatis prĩceps Demo ſthenes Platoniſq; noſtri tenellus auditor, oratõe quã galliſtratus orator cõcitatiſſimus, ꝓ Oropo habuit ad eloquentie ſtudiũ cõmot⁹ extitit. Ita tu chariſſime p̃ceptor aĩm meũ primit⁹ ad feliciores ſtudiorũ ſeceſſus: ãtraq; iuũcdiora, tua affabilita/ te ac urbanitate indnxiſti. Gratias igitur nõ quas uolumus ſed quas noſtri pectoris exiguitas ualet referre nõ dedignemur. Nam ſi gratiarũ actiones in hoc epiſtolio pro infuſa eloquẽtia: proq; muſa/ rum inſpiramine iam tibi pſoluere conarer. Hiloti

ci calami argutia: ęgyptięq; papyri craſſitudo/no ſtris ſudoribus uix ſatis facerēt. Noſtrę itaq; rudi tatis exercitamenta/ hilari fronte iucundiſſimoq; mētis examine trutinabis. Laudabis diſcipuli tui audaciam: qui ſui preceptoris ſaluberrima rhythmata: latiali (quāuis dura ac bulbutienti) lingua e theutonico liguagio uertit. Nec id pudoris loco

Petrarcha

habendū duco. cū & Frāciſci Petrarchę philoſophi Stoici: ac Meonii uatis ſectatoris celeberri: cātões ulgares: uernaculaq; dictamia/ Philippus Be

P. Beroaldus.

roaldus Bononieñ/ ęque pceptor meus/ omniſq; uetuſtatis candidiſſimus inquiſitor (cui etiam iam dudū primas partes in oī dicendi genere Italia: felſinaq; uiritim tribuit) in latinū ſermonē uertere nō eſt dedignatus. Idē Boccatii interpres eſſe uoluit. Maximi igit̃ ſpectatiſſimiq; honoris pmiiq; loco duxim⁹: q me ſermonis tui uernaculi (quo egregie polles) interprē eſſe uoluiſti. Illud nēpe inter preci pua humanitatis genera locari ſolet: cū a pceptore diſcipulus ad honores egregios eleuat̃: Tāti igi

Iſocrates. Theophraſtus,

tur te facio: q̄ti Iſocrates Platoq; Socratē/ ſanctiſſimū fecere. Nec cedo ea ī re Theophraſto: q Ariſtotilē peripateticoꝝ fundatorē maximū maxī fecit. Ecq̄d priſcos cito: cū ſatis ſupq; mea ī te obſeruabil̃ piaq; ueneratio/ lōge lateq; p fines Germanię: eruditiſſimaſq; latii ſcholas/ me precone/ ītonuit.

Hubertinus.

teſtis ē mihi Hubertin⁹ Clericus Creſſētinas: marchionis Montiſſerrati & pedemōtani poeta ſtipēdarius: apud quē Caſſalę tuā egregiam uirtutem expoſui. Interrogabat eni uir iſte apprime doctus:

orator terſiſſimus:an etiā Germanie fines eloquē/
tie ac argutioris muſe dogmata paſſim ſeminarēt:
te aiebam amicū: qui ſtilo naſum apud noſtrates
faceres.Itaq; in uerba fidetior factus:te adhortari
non deſinam: ut in his noſtris lucubratiūculis fa/
uorabiliores aſſenſus/ curāq; preſentē adhibeas·
non eni dubito:quin craſſis quidā auribus/corde
obſtinato:impexis ſuperciliis/ſciſſili palliaſtro:ſu/
tuliq; centuculo amicti:manus ſanguiarias temere
nobis impingant.horum glutinoſarū fauciū latra
tus:larualeſq; ac tortuoſas exclamatões:celeuſma
q; nauticū: cauilium exoticū: ſellulariaſq; caſtiga/
tiones te duce:te preſide:te quoq; tutore facile ſu
perabimus. Eſt etiam nobis altior cothurn⁹: ſunt
nobis ſyrmata lõgiora:& dexter Apollo cū iucun
da camenarum chorea/ nõdum edes ac noſtra di/
uerſoria deſeruit.caſta ſiqdē manu palladis artes:
ſacrāq; Matheſeos aram:thure uapido/frequenti
q; libo ueneramur.Igitur: dulciſſime fautor: uētis
impera: et nauiculis noſtris ac phaſelis ſalubres
auras precare. Vale. Datum Friburgi.cal.februa/
riis. Anno domini.xcVii.

ℭ Carmē eiuſdem:ad Se.Brant

Carmē ad S.Brant.

Si mihi nunc pęan ſacros concederet arcus
Verteret in nitidos & mea uerba pedes:
Et daret arguti cultiſſima plectra leporis
Ad te migraret non bene culta lyra.
Nil rude:nil tepidum:uenerando nomīe dignum
Eſſe tuo poterit:tu quia dulce canis.
Siue uelis numeris facundos nectere ſenſus:
Seu lyricus chordis:optimus arte uales.
Expertes numeris ſeu malis condere uoces:
Audes magnifico cum cicerone loqui.
Iam modo plaude: tuis foelix Germaīa nymphis
Quas fontes Rheni Danubiiq; fouent.
Non ſumus auerſi a muſis & Apolline dextro:
Tangere iam didicit Theutona terra lyram.
Muſica noſtrates/phoebo duce/uenit ad oras:
Scimus & argutos uoce ſonare modos.
A regione procul noſtra:permeſſidos unda
Sacra ſcatet:nec nos Aona prata rigant:
Grecia clara ſuos potuit luſtrare poetas:
Hec quia uicino flumine paſta fuit.
Ad latioſq; lares facilis penetrauit Apollo:
Attulit & ſecum plectra canora lyrę.
Nos tamen/horrendis coelum produxit in oris/
In quibus ingenii eſt non bene cultus ager.
Sarmatice loquimur:ructamus uerba labello:
Craſſiloquas uoces patria noſtra tulit.
Sed poſtq̄ Titio ſacras euoluere muſas
Incepit:lepidos atq; docere modos:
Manauit ſtudioſa cohors:que pectine molli

Ludit:& aſtringit uerba ſoluta pede.
Vtile nam docto multis palleſcere ludo:
Hoc nichil egregius maximus orbis habet.
Virtus & ratio ſtudiorum:premia laudum
Partulit:& tituli ſtemmata clara parat.
Vatibus & dantur meriti fometnta laboris:
Et retinet laudes diua thalia ſuas.
Plaude ſenex noſtro uiridis quoq; plaude iuuēta
Ductori:ueſtet hoc duce creſcit honor.
Pandere ſcit numeris diui ſacraria phoebi:
Nil latet Aoniis fontibus huncce uirum.
Oſcula ſepe damus teneris iucunda labellis
Verſibus egregiis:dulcis amice:tuis.
O utinam tecum poſſem tractare loquelas
Aſſiduas:nitidos & ſociare pedes.
Quicquid enim ſacris phoebi de fontibus hauris
Gandidulis numeris nectis & eloquio.
In lyricis modulis blandiſſima carmina dictas:
Structilis:argutus:candidus/atq; teres.
Non elegis minor es:te cboi ſacra philetę
Accipiunt comitem.te ſociumq; uocant.
Sed quia non opus eſt clarum laudare poetam:
Iam facit emeritam pagina ſcripta fidem.

Sapphicon eiuſdeȝ philomuſi :excuſantis ingenii ſui paruitatem.

Grandibus poſſunt numeris tonare
Quos facit Pęan celebres poetas
Quos & aſpirant tenerę camęnę
Numine ſacro.

Excuſatio auctoris.

Mentis hi craſſe tenebris fugatis
Rebus externis procul hinc abactis
In poli tendunt ſuperos meatus
Pectore docto
Flatibus ſacris agitantur uſq;
Candidi uates monimenta condunt
In quibus fulgent animi furentis
Delphica ſenſa.
Inclitus uates radios Eoi
Solis inquirit refugaſq; ſtellas
Mente rimatur:numeriſq; condit
Sydera coeli.
Sepe uentorum rabiem ſonorum
Verſibus pingit boreęq; flatus:
Frigida & ſeptem numeris reuoluit
Plauſtra trionis.
Candidus uates rutilo ſub ortu
Colligit uerſus quia magna querit
Facta:ſcit cauſas uarias latentis
Reddere mundi
Inclytus uates celebres camenas
Turribus regum uenerandus affert:
Reſq; deſcribit populi potentis;
Carminē magno.
Candidus uates lituo canoro
Bellicos fortis recinit labores.
Et tuba Martem recitat ferocem:&
Prelia cantat.
Inclytus uates trahit ad cothurnun
Mentis ardores nitidumq; ſyrma

V

Induit:lapſus recolit potentum:&
Ardua fata.
Foetibus tantis mihinon repleuit
Sic ſinum phoebus rigido ſub antro
Incubat noſter labor:& minutos
Concipit orſus.
Igneis non ſum facibus peruſtus
Quas facer phoebi chorus,&diſerta
Turba muſarnm,lepidis abunde
Mentibus infert.
Ergo ſupremam ueniam precamur
Noſtraq; riuo ſterili camena
Fluxit:et ſacras uiolauit undas
Carmine rauco
Alter in cecis cumulet latebris
Fabulas:triſtes canat & labores
Martię pugne:referat ferocem
Miltiamq;.
Me iuuet uerſus humili boatu
Condere : & mentem cythara minori
Rite ſolari:pariter iocoſo
Soluere neruo.
Gratiam:credo:dabitis tenellis
Muſulis pigro genitis ſub axe:
Sufficit:noſtro ſiquidem magiſtro
(Crede)placebunt.

Epigramma in Narragoniam Jacobi Locher philomuſi.ad lectores.

Ad Lectores.

Nauem ſtultorum iucundo ſcōmate promſit
Brant:cuius celebris fama decuſq₃ uiget.
Quam Satyrā uocitare queo : nam candida pāgit
Munera uirtutum:conterit atq₃ probrum.
Efficere argiuus uix hoc potuiſſet Homerus
Qui luſit ueterum prelia magna ducum :
Sydere ſub fauſto naſcentia fata tuliſti
Preceptor dulcis:ingenuuſq₃ comes:
Quos tibi conceſſit uernacula lingua lepores
In latios uertam ſimplicitate modos.
Currite qui noſtrum cupitis conſcendere nauem:
Tranſit ad heſperium iam bene picta fretum.
Alter ad obliquos conuertit brachia remos.
Alter ſtultigerum candida uela gerat.
Currite:iam properat curſu compulſa triremis:
Et mare iam medium carbaſa noſtra tenent.

Ad Narragoniam

Pſalmo C Vi.

Hi ſunt qui deſcendunt mare in nauibus/ faciētes opatiōes in aquis multis. Aſcendūt uſq₃ ad celos : & deſcēdunt uſq₃ ad abyſſos : anima eo℞ in malis tabeſcebat.. Turbati ſunt & moti ſūt ſicut ebrius: & oīs ſapientia eo℞ deuorata eſt. Pſalmo.c Vi.

Ad Johannem Bergmānum de olpe. Iacobi Locher decatoſtichon.

Ad Io.Br. de Olpe.

Tempore foelici currunt preſentia curſu:
In quibus Aonias euehis Olpe deas.
Noſtrates/claros ſolus facis eſſe poetas:
Scrip ta palatino das quoq₃ noſtra Ioui.

Te duce: multiſonus Brant / claro nomine fulget.
Edidit & longę poſteritatis opus.
Gloria magna tuis manibus debetur: & uſq;
Debet Theſpadium te celebrare chorus.
Imprimis argutis dictata recentia ſignis.
Roma pares noſtris nõ habet ipſa notas. Vale.

Ad Jacobum philomuſum ſubeũde pro fectiõis Narragonicę: e barbaria in latiale ſolũ: exhortatio Sebaſtiani Brant.

Exhorta / tio S. Brãt

Nuper ego ſtultos uulgari carmine ſcripſi:
Eſt ſatis hic noſter notus ubiq; labor.
Narragonum quãdo nobis fabricata carina eſt:
Theutonico qualem ſtruximus eloquio.
Quam deinde ut uolui contexere / forte latino
Scõmate pro doctis: principiumq; dedi:
Occurrere mihi tam crebra negocia paſſim:
Quę uerſu exorſum detinuere pedem.
Quo fit / ut inceprũ tam dignũ opus / ipſe reliqui:
Et fregi calamum quem ſemel appoſui.
Atq; ita deſtitui mediis palynurus / in undis
Stultiferam nauem remiuagamq; ratem.
In re pro inde tibi noſtra: pręq; omnibus uni
Tradimus omnimodas chare Iacobe uices:
Otius attollas malos: claſſemq; relaxa:
Antemnaſq; ſuo flamme uentus agat.
Tuq; gubernaculo ſubeas: clauumq; retorquens
Fac fatuos quoſuis per ſua tranſtra loces:
Flecte uiam uelis: remoſq; impelle: rudentes
Excute: quo curſu concita nauis eat.

Incautos fuge ſed ſcopulos:penituſq; latentes.
Scyllam/atq; aduerſi monſtra caue tomali.
Anchora cum ſit opus prora iactetur ab alta:
Ne tibi collidant uentus & unda ratem.
Vortice precipitem/caue ſis/ne te impetus ullus
Siue procella uorax obruat.inde ua e.

In narragonicam profectionẽ Celeuſ/ ma Sebaſtiani Brant.

S.Brant. Hortor adeſte uiri quos nũc uocat eur⁹: eũdũ eſt
Stultorum in patriam/carbaſa plena uolant.
Tẽdite narragoniam propere atq; ab littore funẽ
Rumpite:nec mora ſit:uncta carina notat.
Ilicet:obruimur:numerum ſine fine uideris
Qui comitatur.eum non capit una ratis
Nec reputare uiam/maribus dũtaxat apertam:
Quin & feminea eſt copia mixta uiris
Peruigil exegit noctes(mihi crede)perhẽnes
Qui nos collegit:compoſuitq; rati.
Et merito quis enim noſtrum preſentia curat?
Preteritis ue dolet?ſiue futura cauet?
Cõtemplator age hoc ſpeculum: quicũq; cupiſcis
Scire hominnm uitas:interituſq; graues.
Nam qũi ſe/uitainq; ſuam ſpeculatur in iſto
Codice:non dicet ſe facile eſſe bonum.
Qđ ſi quis/ſapiens ſibi/ſe nuſq̃ putet eſſe
Nos inter:cunctis ſe ſciat eſſe locis.
Ipſe ego cunq; locum uolui michi querere forſan:
Inueni in quouis me fore ſepe loco
Vera loqui deceat:rumpantur ut ilia ſtultis:
Illorum nec me iurgia uana mouent.

Prologus Jacobi Locher: Philomuſi: in Narragoniam incipit.

CVm mecũ diu multũq́ꝫ cogitaſſem: lecto-
res fauentiſſimi: de rerũ humanarũ curſu
cõfuſiſſimo: comperi me hercule: ex medi
tatione mea uigilanti/ q̃ plurimos errorũ gradus:
quibus humanũ genus in precipitiũ labitur. Ad ſa
nandas igitur mortaliũ ęgritudines/ pturbatõeſq́ꝫ
intolerabiles: plęriq́ꝫ ſapientes ac litterati homĩes
fructuoſiſſima dogmata ſcripſere: que uulnera mẽ
tis lacerate Aeſculapio melius ſanarent. Quippe
apud Grecos primitus inſtituta fuere gymnaſia in
quibus ſalubris profitebat̃ medicina: que pertur-
batis animis fomenta ac nutrimẽta iucũdiſſima cõ
ferebat. Vñ & Socrates ille maxim⁹ ſophię cultor Socrates.
prim⁹ de moribus diſputare cepit. cũ eni in rebus
naturalibus: certũ bonorũ ac ſumme foelicitatis fi
nem ponere nequiret: mentis ſuę contemplatiões
ſublimes: ad moraliũ uirtutũ ſtudia contulit: & tã
tum in philoſophia emicuit: ut ipſe e cęlo philoſo
phiam euocaſſe diceret̃. Is eni cum mortales ipſos
ꝓcliues ac ꝓnos ad uicia cõſpiceret: hoc remedio
cõfuſis morib⁹ occurrere cogitãs in publica Athe
nienſium paleſtra: ea docuit precepta: que ſummi
boni fõtes lipidos recludũt. Poſt fatũ uero Socra
tis: ſucceſſit diuinus ille Plato: q bonã etatis ſue p- Plato.
tem in morali ſophia cõſumpſit. nec ab re: quo nã
ſtudio melius aut ſanctius humano ſuccurrere po
tuiſſet generi: ſcripſit ſaluberrimas leges: edificauit

rem publica ſpecioſiſſimã: conſtituit humanã ſoci etatẽ iucundiſſimã: impoſuit frenum libidini: igna uiam mortaliũ ad uirtutez excitauit. Tẽpeſtate tũ philoſophorum etas poetarũ fulgidiſſima iterue nit quę ob dicendi fingendiq; iucunditatẽ: nõ me diocrẽ locum inter eruditos obtinebat. Quorum quidam heroicũ carmẽ: quo res diuiue humaneq; decantari ſolent cultiſſima ſcriptione celebrarunt Quidam de agricultura: alii de planetis & curſu ſy derũ motuqz polorum. nonnulli de amoris impe/ rio: ut elegiaci: Pleriq; de regum ac principũ miſe/ rabili caſu/ut Tragici: poemata elegantiſſima com poſuere. Reliqui Commediã (quam Gręci archeaz uocarunt) cum magna dicendi libertate coluerũt. Equorũ nũero Ariſtophanes: Eupolis Atq; Gra/ tinus/Laudatiſſimi uates claruerunt. cum enĩ uide rent iuuentutẽ Athenienſium cętereq; Grecie/o i bus libidinum generibus irretiri: occaſionẽ not an di acceperunt: & plano quidem eloquio: quorum cunq; ſcęleratorũ hominũ uicia ac peccata libere mordebãt. Ex hac ueteri cõmędia noſtri latini nõ inelegans ſcriptitandi genus formarunt: & primus Lucylius quidem ſatyram latinis dedit: in qua no/ minatim ſcęlera Rhomanorũ principium: ciuiũq; priuatorũ canebat: ſalibus multis: iucundaq; dica citate totã perfricabat urbem. Non certe iſtac rati one ductus: ut fandi laſciuiam & effrenatam quan dã ꝓcacitatem exerceret: ſed ut uirtutũ ſtudia: do ctrinaſq; ſalubres excitaret: & uicia e medio fuga/ ret. Igitur Satyra tota latinorum eſt (ut inquit Fa/ bius/libro decimo Inſtitutõnum oratoriarũ: pro

Poetarũ origo.

Lucillius.

Satyra quam nos habemus Graii archeã priſcã Cõ
mediã tractarũt. Poſt Luciliũ eloq̃o rudẽ: urbani/
tate tñ ciuicaq; mordacitate nõ peitẽdũ auctorẽ:
Noratius Venuſinus ſucceſſit qui ſermone terſior Horatius
atq; emunctior non paruã gloriam Satyra meruit.
Perſius unicũ librũ reliquit: in quo nomẽ ſuum im Perſius:
mortalitati cũmendauit. Poſtrem⁹ omniũ prĩceps
Iuuenalis: qui quod in ſingulis Satyricis uatib⁹ eni Iuuenalis.
tuit: id totum ſuo iucundiſſimo dulciſſimoq; poe
mate complexus ẽ. O mores: o tẽpora: ut quid no
ſtrates ſapere nõ incipiunt: cur uates non colunt:
cur poetarũ interp̄tes rapſodoſq; nõ uenerãt. An
ignorãt ꝙ aut ꝓdeſſe uolunt: aut delectare poete:
aut ſimul & iucũda & ydonea dicere uite. Fdocẽt
eni quę mala: quę bona ſint: quid uicia. quo uirt⁹:
quo ferat error. Naʒ impios/ ſuperbos/ Auaros/ lu
xurioſos/ laſciuos/ dedicatos/ iracõdos/ guloſos/
edaces/ iuidos/ ueneficos/ fidefragos/ temerarios/
audaces/ temulẽtos/ indoctos & fatuos/ poete la/
cerant. Econtra uirtutis candidiſſimos imitatores
laudibus magnis extollunt: & cuiq; ſuorum meri/
torum pręmia aſcribũt. Cum uero noſtra tempe/
ſtate tã pene innumeri ſint fatui & ſtulti homines/
qui neglecto uirtutis amore: ad tenebras ac huius
mundi illecebras tendant: operepretium fuit ut
denuo uates aliquis eruditus & uafer reſurgeret/
qui manifeſtaria ſtultorum delicta: uitãq; ſpurciſſi
mam taxaret: Hãc ſcribendi libertatem: preceptor
noſter iucundiſſimus/ Sebaſtianus Brant Iuriũ do S. Brant.
ctor: poetaq; haud ignobilis: ad cõmunem morta
liũ ſalutẽ lĩgua uernacula celebrauit. Imitat⁹ Dan/

tē Florētinū atq₃ Franciſcū Petrarcham heroicos uates. qui hetruſca ſua lingua: mirifica contexuere poemata. Cū uero Narragonia ſeu Nauis fatuorū (quā non inepte Satyrā appellare poſſum⁹) oībus gētibus p neceſſaria ſit: opęprium eſſe duxi: ut eā in carmē uerterē latinū: quo exteris quoq₃ nationibus (qbus nullū eſt lingue nrę cōmertiū) pdeſſet. Sūt enī Galli: ſunt Auſonii: ſunt Iberi: ſūt Pānonii: ſunt deniq₃ Greci: qui id genus dictaīs nō caperata fronte lectitent. At uos lectores date ueniā Iacobo Philomuſo: ſi quid ob ingenioli ſui mediocritatem peccauerit Eſt quippe pñs liber: cum ad ſalubrem ſapientię cōmoditatiſq₃ doctrinam: tū ad dementię: ſtultitięq₃ uanitatem expurgandā ęditus Intueaꝛ ergo hunc plegatq₃: quiſquis ueluti in ſpeculo, conditionē uitāq₃ ſuā nouiſſe p ſpexiſſeq₃ laborat: quo foelicius tranſigere ualeat ęuū.

Hecatoſtichon in proludium auctoris: & libelli Narragonici.

Preludiū. Per cunctas reſonāt fauſtiſſima dogmata gentes:
Orbeq₃ nūc toto ſcripta ſacrata uigent.
Biblia: quę ueterꝝ congeſſit myſtica patrum:
Iura; fouet ſacris pectora noſtra cibis.
Sunt plures ſophię libri: quibus optima morꝝ
Verſatur ſeries: cōmoditaſq₃ patet.
Admiror tamē hoc: cuncti ꝙ lumine uiſo
Doctrine: in tenebris pectora ceca gerunt.
Ex toto ſalubris mūdo doctrina fugatur:
Nocte igitur ceca fluctuat omnis homo.

Pallas ad ethereas rurſus contemta cateruas
Tranſiit:& ſuperis ſeruit amica choris.
Dexteritas ſimplex:ueri prudentia:ceſſit:
Atq; fides:pietas:& probitatis/amor:
Spernitur ad mores quicquid perducit honeſtos:
Spernuntur legis & monumenta ſacrę.
Idq; quod eſt peius:tales quia neſcius error
Voluit:& immoto continet uſq; gradu:
Per fora/p plateas/uicos/madidaſq; tabernas:
Paſſim ſtultorum magna caterua ſalit.
Caupones:ſcurraſq; leues:& pharma copolas:
In precio magno turbidus orbis habet.
Dotibus exploſis animi:ſectamur inertes
Corporis illecebras:deſidiamq; malam.
Eſt igitur numerus ſtultorum maximus:orbem
Qui taminat totum:ſtulticiaq; fouet.
Quidam etiam meros toto ſe tempore ſtultos
Cum uideant:ſanos ſe tamen eſſe putant.
Nil ſapiunt homines pręcordia craſſa gerentes:
Prudentes nimium ſe tamen eſſe putant
Attamen ut ſtultos poſſim cumulare prophanos
Quemlibet ad meritum iure notare queam:
Innumeras claſſes fingam/longaſq; triremes:
Et naues celeres:ueliuolaſq; rates:
Si non ſufficiunt:criſtata petorita:rhędas:
Eſſeda gallorum:iam ſine fine ſtruam
Nec potis una ratis ſtultorum pondera ferre
Quos gerit innumeris uerſibus iſte liber.
De numero tanto ſtultorum qui modo uiuunt:
Accelerant pedibus ad mea uela citis.
Non aliter q̃ ſi uolitet per gramina florum
Turba apium:dulces perſtrepat atq; fauos:
Quidam:ne curſu tardo mea carbaſa linquat:

Nando ſequi ſtultam cogitat uſq; ratem.
Quilibet ad primum gliſcit conſcendere tranſtrū:
Et regimen nauli ſolus habere cupit.
Horatius Curritur ad nauem.poſtremus quiſq; ueretur
Eſſe.procul toto flumine uela micant.
Narragonum hec claſſis/titulo ſic iure feretur:
In qua ſtultorum quilibet eſſe cupit.
In ſpeculo ueluti faciem quis rite tuetur:
Effigiem uultus conſpicit atq; ſui:
Sic modo de noſtro capiat manifeſta libello
Signa:quibus uitam conſpiciatq; ſuam.
Nemo caret uitiis:nemo eſt ſine crimine uite:
Seneca. Ergo ſtultorum candida uela trahit·
Nec poterit quiſq̄ cauſa ſapienter in omni
Se gerere:& nulla contaminare lue.
Qui bene mortales ſecum conſiderat actus:
Et trutinat mentis omnia facta ſue:
Inueniet cauſam:poterit cur ſtultus haberi:
Vt modo ſectetur remigis uſq; uiam.
Quiſquis enim ſtultum depicto ſtigmate dignū
Se putat:& uiuit ſimplicitate rudi:
Is poterit ſapiens:tandem prudenſq; renaſci:
Et fieri diuę Palladis inde comes.
Sed qui nūc prudens :caſus uult eſſe per omnes:
Nil ſapiens/ſemper noliger eſſe ſolet.
Hos ſiquidem atq; alios poterit ſtudioſa caterua
Perlegere:in propriis colligo quos titulis.
Nobilis & clerus:uenit huc cum paupere/diues:
pſalmo Ciuibus urbanis carbaſa plena ſonant.
xlViii. Ruſticus imberbis iuuenis:curuęq; ſenectę
Turba uenit:pueri:ſtultiloquuſq; parens:
Indocti doctiq; ſimul/longo ordine cincti:
Ad pictas properant/accelerantq; rates.
Foemineūq; genus:turpis quod ſepe uoluptas

X

Foemineũq́ genus:turpis quod ſępe uoluptas
  Incitat:& torquet non moderatus amor.
Stulticolas inter noſtros diuertere gliſcit:
  In ſpeculo ſcelera & perſpicere uſq́ ſua.
Attamen ut quiſquis noſtri dictaminis orſus
  Rite ſciat:frontem prębeat oro piam:
Pangimus ad certam multorũ hęc ſcripta ſalutẽ.
  Stigmate quę mordent duriter omnẽ genus.
Sed ſi forte malus uolet hos confundere riſus:
  Scriptoriſq́ uafros dilaniare iocos:
Facundas capiat cauſas:de codice primo:
  Theutonicis numeris qui bene cultus adeſt.
Et cauſas itidem iuſtas tibi deinde feremus:
  Cur multis proſit fictio noſtra uiris.
Sic quoq́ Sattyrici quondam fecere poetę:
  Mordentes populi dedecus atq́ nefas:
Hos ſequimur:q̃uis ſtudio/linguaq́ minores:
  At cupimus mores nunc medicare malos.
Eſt animus tenerę multum prodeſſe iuuentę:
  Vt ſcelus explodat/ſtulticiáq́ grauem.
Parcite:ſtultorum dum ſigna micantia fingo:
  Turritaſq́ rates ad freta nigra traho.
Parcite:ſi ueſtris ſignum de moribus addam:
  Stultigeris frontem ſignificemq́ notis.

Excuſatio ſcribentis.

Argumentum in narragoniam.

D humani generis foelicitatem: documẽtumq́ʒ ſaluberrimũ: ſtultorum claſſis ad Narragoniã cõſtructa fulget: quã quidẽ oẽs cõſcendunt: qui de ſemita ueritatis: & aperto ſani intellectus calle uagantes: in uarias & umbroſas mẽtis tenebras:ac corporis illecebras corruũt. potuiſſet preſens hic noſter libellus/nõ incõcinne ſatyra nũcupari:ſed auctorem nouitas tituli delectauit. ſicuti eni priſci ſatyrici: uariis poematibus cõtextis:ſcelera ac prauitates mortaliũ reprehẽdebãt:ita noſtra hec pagina.ſtatꝰ & cõditiões hoim ad oculos depigit: ut tanq̃ in nitidiſſimo ſpeculo: quiſquis mores & uite ſue lineamenta cõtueatur. Nolim tamen arbitreẽ fidus laboris noſtri lector: uerbum nos uerbo minus reddere(ut Flaccus ait) Senſus eni dũtaxat notaſq́ʒ uernaculi carmis ſimplici numero latine tranſtulimus. Quapropter & ueniam preſumpte noſtre audatię ab oibus lectoribus nos cõſecuturos cõfidimus: ſi prius ingenii noſtri mediocritatem:& teneros lanuginis annos cõſiderauerit. poeticas nẽpe egreſſiões/& fabuloſam obſcuritatẽ ſtudioſe p̄terii: nudiſq́ʒ & natiuis uerboꝝ ſtructuris:faciliq́ʒ ſentẽtiaꝝ iũctura:opus abſolui. Noſtris iccirco lucubrationibus uotiſq́ʒ: quiſq́ʒ lector bene precari uelit:obſecramur.

De inutilibus libris.

Inter precipuos pars eſt mihi reddita ſtultos
 Prima:rego docili faſtaq́ʒ uela manu.
En ego poſſideo multos:quos raro libellos
 Perlego:tum lectos negligo:nec ſapio.



Inutilitas librorum.

ꝙ ſi quis pcurrere oēs ſcriptores cupiat: opprimeť tuꝫ librorũ multitudine: tum diuerſa ſcribentiũ uarietate: ut haud facile uerũ poſſit eligere. diſtrahit enim libroruꝫ multitudo. et faciēdi libros plures non eſt finis.

Primus in excelſa teneo ꝙ naue rudentes
Stultiuagoſqꝫ ſequor comites per flumina uaſta:
Non ratione uacat certa: ſenſuqꝫ latenti:
Congeſtis etenim ſtultus confido libellis.
Spem quoqꝫ nec paruā collecta uolumina prębent:
Calleo nec uerbum: nec libri ſentio mentem.
At tamen in magno per me ſeruantur honore:
Pulueris & cariem, plumatis tergo flabellis.

Diodorus. Siculus. li. i.
Eccleſi. xii.

Dabitur liber neſciētibus litteras. Eſaie xxix.

Aſt ubi doctrine certamen uoluitur:inq̃
Aedibus in noſtris librorum culta ſupellex
Eminet:& chartis uiuo contentus opertis:
Prolome⁹ philadelph⁹. cuius meminit. Ioſeph⁹ li. xii. Quas uideo ignorans:iuuat & me copia ſola.
Conſtituit quondam diues Prolomeus:haberet
Vt libros toto queſitos undiq̧ mundo.
Quos grandes rerum theſauros eſſe putabat:
Non tamen archanę legis documenta tenebat:
Quis ſine non poterat uitę diſponere curſum.
Qui parũ ſtudet parum profi cit glo. i.l. unicuiq̧. C. de px. ſacr.ſcri. En pariter teneo numeroſa uolumina/tardus
Pauca lego:uiridi contentus tegmine libri.
Cur uellem ſtudio ſenſus turbare frequenti?
Aut tam ſollicitis animum confundere rebus?
Qui ſtudet/aſſiduo motu/fit ſtultus et amens.
Seu ſtudeã:ſeu nõ:dominus tamen eſſe uocabor
Et poſſum ſtudio ſocium diſponere noſtro:
Qui pro me ſapiat:doctaſq̧ examinet artes.
At ſi cum doctis uerſor:concędere malo
Omnia:ne cogar fors uerba latina profari.
Theutonicos inter balbos ſum maximus auctor:
Cum quibus incaſſum ſperguntur uerba latina.
Prouerbi. V.ff. de origi.iur.l.ii poſt origi nem. O uos doctores:qui grãdia nomina fertis:
Reſpicite antiquos patres:iuriſq̧ peritos.
Non in candidulis penſebant dogmata libris:
Arte ſed ingenua ſitibundũ pectus alebant.
Perſius. Auriculis aſini tegitur ſed magna caterua:

De bonis conſultoribus.

Ciuilis quicunq̧ gerit conſulta ſenatus:
Iuſtitiamq̧ uidens/ſenſa aliena probat:
Condemnatq̧ graui miſeros errore potenter:
Prouer. V Ille agit/inq̧ ſcobrem trudit ubiq̧ ſuem.



Judicis of ficium.

Cum oi ſollici/
tudie ac uiua/
citate uerita/
tis : indagāda
eſt cauſa. Iudi/
cātes ei opor/
tet cūcta rima
ri. pre ocul' ha
bentes ſolum
deū : a quo ſic
iudicabūt iu/
dicabūt. & re/
metiēt in qua
mēſura fuerit
menſi. Iudices
ueritatē & le/
gu3 & iuſticie
ueſtigia ſequi
debent.

Complures properant ciuilem intrare ſenatum:
Vt populi ignaui uanos ſectantur honores:
Quos leges/fas/iura latent humanaqꝫ recta
Conſilia: in tenebris et cęco tramite pergunt.
Roma ſeues habuit conſultoreſqꝫ peritos
Qui fas atqꝫ nefas iuſte penſare ſolebant.
Poſſidet inſignis iam ciuica regna ſenatus:
Conſiliumqꝫ regit: qui neſcit ſoluere nodum

xl V. diſ. omnis
qui iudicat.
Eccl'iaſti. ii.
ii. q. Vii. ſicut
xxx. q V. iudi/
cantem.
Saluſtius.
l. ii. ff. d' ori. iu.

Iudicãdũ Hic in conſilio magno a prętore rogatus:
ẽ legibus Non noua de craſſo dictamina pectore profert:
nõ exẽplis Aſt alios ſequitur:ne ſit contemptus ab illis:
ꝛ.nemo.C. A quoꝝ arbitrio dependet publicus uſus.
de ſen. & Heu grauis indocti ſurgit iactura ſenatus.
inter. Non ſatis eſt alios ſectarier uſqꝫ:ſed orſus
xi.q.iii.& Tu proferre nouos debes:& uoluere mente
ſi ad tp̃s. Legis utrumqꝫ caput:ne quis te iudice ſtulto
Damnatus:ſuperis diuis tua crimina ploret.

Virgilius. Forte putas ſummum nuſq̃ curare tonantem
Res hominum:curſuſqꝫ uagos:mẽteſqꝫ prophanas:

Saluſtius. Crede mihi/iuris normam ſi noſcere uelles:
p̃uſq̃ ĩcipi Iuſticięqꝫ modum:quo/re ſapienter in omni
as ꝯſulto. Conſilium monſtrare tuum:mentemqꝫ ualeres:
Antea conſuleres doctos/iuriſqꝫ peritos:
ď pe & re. q̃ tua de grauibus fieret ſententia rebus.
c.cũ ex eo. Qua trutinas alios menſura:aut lance rependis:
Aeacus hac eadem ſtigiis torquebit in undis.

C.de iudi. Eſt deus omnipotens qui nos poſt fata:ſupremo
l. rem non Iuditio cenſet:iuſta quoqꝫ lege citabit.
nouam. Inueniet quiſquis:populos quo iure miſellos
Torſerit:et facti poſt mortem pręmia ſumet.

de re iudi. Inter mortales qui non obſeruat honeſtum:
cuꝫ eterni. Iuſticięqꝫ uiam uiuus:poſt fata ſeuerum
li. Vi. Quęſtorem inueniet:nec tunc ſapientia mundi:
Sap̃. V. Nec uires animi cenſuram auertere poſſunt.

De auaritia & prodigalitate.

Pertinet ad proram nauis:cui ſumma uoluptas
Eſt in diuitiis/terrigeniſqꝫ bonis:
Gaudia magna putat nũmos ſeruare doloſos:
Nec fruitur partis:ſtultus ubiqꝫ:ſuis.



Auari tia.

Mẽs auari ſemel uicu lis cupidi/ tatis aſtri/ cta: ſẽp au rum/ ſp ar gẽtum ui/ det. gratiꝰ ituet aurũ q̃ ſolẽ.Sed nec ſacie/ tas unq̃ ne qꝫ finis ad erit cupidi tati.

Qui legit immenſum nũmorum pondus & auri: xlVii.diſ.
Raraqꝫ de partis captat ſolatia rebus: ſicut.
Stultus ad illecebras/& gaudia ſera nepotum Pſalmo
Congerit hos ſumptus:terraqꝫ uorace recondit: xlViii.
Ad ſtygios penetrat ſed cum defunctus auernos:
Et uada cocyti tenebroſi pallida luſtrat: Eccl'aſt. V
Nil ſibi diuitię proſunt:nil ſortis auarę Pſalmo
Congeries:ſitiens Acherontis flumina guſtet. xlViii.

C.de cura. furio.l.i.
Stultior eſt timodo multũ(mihi credit)auaro
Prodigus:acceptis qui neſcit limina rebus
Vẽde aīaꝫ lucro. Perſius.
Ponere:ſed uitiis cenſus largitur iniquis.
Et male quęſitis opibus ludibria uendit.
Eſt qui ſollicitis ſtultus compilat amicis
Iuuenalis.
Diuitias:animę nec uult curare ſalutem:
Sed uigilare metu trepido nocteſꝙ dieſꝙ
Cogitur:ut poſita ſit magnũ pondus in arca.
Lucę.xVi
Heu fruſtra diues:inferna nocte ſepultus.
Iob.xxVii
Non tibi delitias preſtabit copia rerum:
Hęredeſꝙ tui nullo te munere uellent
Soluere:liuentis fugeres ut tartara ditis.
Tãtalus.
Tantalus alter eris:glauco qui poſtus aceruo.
Vndarum:inter eas ſitibundo gutture flagres.
Thob.iiii.
Largiri debes pro diui nomine chriſti
Danie.iiii.
Pauperibus:coeli capies ſic regna fereni.
Luce.xi.
Optauit nemo ſapiens,ꝙ in orbe potenter
Tullius in pa.
Regnaret:diueſꝙ foret:ſed dulce Mineruę ut
Dogma ſequi poſſet:ſecura ut uiueret aura:
Craſſus.i. q.i.c.ꝙ qđ V.craſſus.
Excellit ſapiens cuncti ſpectacula mundi.
Auri ſacra fames Craſſum anticipare coegit
Fata:ꝙ is cupidus parthoꝝ uaſa ſitiret.
Thebanus ſophiam cũ uellet diſcere Crates:
crates thebanus.xii. q.ii.gloria epi.
In mare proiecit nũmoꝝ pondus & auri.
Qui uigilant igitur terrenis rebus:auernis
Cõmendant animas uacuis:ditiꝙ parentant.

De nouis ritibus.

Quiſquis amat ritus proferre & fingere inanes:
Inſtituens populos ſic nouitate rudes:
Is mala dat cupidę ludibria multa iuuentę:
Et ſtultum manibus ſtultior ipſe trahit.

Virorũ effe minatio.

Raſit Anõ di/ midiam partẽ barbę eoꝝ: & p̃ſcidit ueſtes eoruꝫ medias uſqꝫ ad nates. Frant aũt uiri turpiter ꝯfuſi ualde. Ve mũ/ do a ſcãdalo. Vos eteni iu/ uenes animos geritis mulie/ bres. Illaqꝫ uir go uiri.

Ennius & Tullius in officiis.



Tempore quę fuerant ignominioſa uetuſto:
Atqꝫ ſceleſta nimis:iam noſtra ętate probantur
A multis:ritusqꝫ noui ſeruantur honore.
Laudis erat quondam barbatos eſſe parentes:
Atqꝫ ſupercilium mento geſtare pudico.
Socratis:exemplo barbam nutrire ſolebant
Cultores ſophię:quorum ſapientia mundum
Deſeruit:celſas Iouis et conſcendit ad arces.

Math. x Viii.
ii. Regum. x.

Socrates.

Nouitati/bus indulgẽdũ nõ ẽ xi. diſ. c.ſi. de ꝯſue.cũ ꝯſuetudis
Iuuenalis.
Sycambri.
Aethio/pes.
d̛ ui.& ho no.cle. ca. pe. Tulliꝰ.
xx.q.i.c. ul.
li.i.C.de ueſtiolob & aur.li.xi
xxxi. diſ.ſi q̃. & xxV. diſ. ſi quis uirorũ.
Germania
Seneca in hercl'e oe/theo.

Sed nunc irrepſit morum corrupta libido:
Manauitq; nefas:& uite ſubdolus uſus.
Ecce pudet multos barbam nutrire ſeueram
Sed uellunt toto excretos de corpore pilos:
Vt ſeruare cutem mollem:corpuſq; ſupinum
Poſſint:& ſtultum caſus ductare per omnes.
Crinibus in nodum contortis more ſycambri/
Aethiopumq; micant:criſpantes ferre capillos
Fas reputant:nudos fucati & pectoris artus
Pandere:ut ingenuas poſſint captare puella .
Colla premunt quidã ſertis/& torquibus aureis:
Et digytos onerant gemmis:auroq; rotundo.
O mores hominum:corrupta o tempora/& atra?
Nemo nefas cenſet ueſtes geſtare plicatas:
Atq; habitus curtos nimium:tinctoſq; colore:
Vnde palam apparent genitalia membra:pudore
Depoſito:& nullo conduntur tegmine clunes.
Quid tunicas memorem uarias?quid pallia narrem:
Fimbria que croceo ueſtit circundata lymbo?
Quid ue pedum referam ueſtitus uſq; probroſos?
Moribus aſſyrios ſequimur:Thurcoſq; ꝓphanos:
Et recucitorum peiores ritibus:e heu
Talia cur pateris pugnax Germania?pelle
Pelle inq̃ ritus media de gente pudendos.
Ne ue tuam perdas famam:deus ultor acerbus
Hos premet:e quorũ naſcuntur crimina uita.

De antiquis fatuis.

Ad patulum q̃uis languens declino ſepulchrum:
    Triuerit & metam iam mea uita datam.
Non tamen antiquos fatuorũ deſero mores.
    Stultitięq; uias inueteratus amo.



De antiqs fatuis.

Inueterate dierum malorum nūc uenerunt peccata tua q̄ opabaris ꝑus. A ſenioribus egreſſa ē iniq/tas. Puer cētū ānoꝝ moriet. & pctōr cētū annoꝝ maledictus erit. Stul/ticia ē que me non ſinit eſſe ſenem.

Eſaiꝫ.lxV

Inueterata mee dementia craſſa ſenecte:
Non ſolitos linquit mores:uitam ue priorem:
Sum puer:et centum tranſacti temporis annos
Cōnumerare queo:nec enim ſapientior uſq̄
Eſſe uelim:pueris ſtultorum ſigna miniſtro.
Stulticieq3 meę regimen prȩſcribo malignum:
Et mala uiuendi/mihi teſtamenta relinquo:
Exēplarq3 mali ſum/duxq3 & peſſimus auctor.

c.ex ſtudi/is. & c.cuȝ i iuuẽtute De pſũptionibus.

Quod puer edidici:facto monſtratur inerti:
Stultus ego ſemper:tamen hac laudarier arte
Percupio:inſanam & ſceleris protendere famam:
Et uicium monſtrare meum:moreſqꝫ pudendos
Audeo:de celebri tanq̃ certetur honore:
Nunc refero per me deceptas undiqꝫ gentes:
Me duce nunc iacto tot ſemina ſparſa malorum:
Immemor hunc prauum uitę conuertere curſum.
Quin doleo:ꝙ non conſueto tramite ſemper
Ire queo:& ſtultas penitus conſummere ueſtes.
Sed quia non ualeo curſum complere uetuſtum:
Hęc nato diſcenda meo:teneroqꝫ nepoti:
Proponam:fingamqꝫ uias ad crimina largas..

de cõſe.di. V.c.ult.in glo.

Hic alacer/fatui patris/ueſtigia tentet:
Et diſcet prodire gradu genitoris iniquo:
Gaudet & ipſe parens:natus ꝙ crimine maior:
Progreſſum ſceleris ſuperat/numerũqꝫ malorum:
Spemqꝫ gerit pulchram de nato:quom ſua geſtat
Signa·quibus uitę male ſanos triuerit annos.
Moribus in prauis uerſabitur illius etas.
Stulticięqꝫ uias nunq̃ poſtponet inertes:
Ergo reget pictę ſtultorum carbaſa nauis:
Proh pudor:effoeta o quid nũc cupis eſſe ſenecta?

Danielis· xiiii.

Semper & in tenebris pręſentia uota morari?
Inueteratus enim fatuus bene uiuere neſcit:
Neſcit & ex animo foedos depellere mores.

De doctrina filiorum.

Indulget quicunqꝫ ſuis ad crimina natis:
Sedulus emendat nec puerile nefas:
Sentiet is tandem damnum/feroſqꝫ dolores:
Aſcendetqꝫ nouę ſplendida tranſtra ratis.



De eruditõe puerorum.

Qui parcit uirgę odit filiuʒ ſuũ: qui ãt diligit illũ iſtãter erudit. Noli ſubtrahere a puero diſciplinã. Si eni pcuſſeris eũ uirga: nõ morietur. Tu uirga pcutis eum: & aiaʒ ei⁹ ab inferno liberabis.

Stultus erit ſemper/miſer/& cęcatus ocellis:
Quem non cura trahit natorum: quę́ꝗ modeſta
Vita fugit: tęneros auimos ut moribus ornet:
Temperet aut opera naſcentia fata freqnenti.
Non errare uetat: ſcelerum nec limina claudit:
Viuendi ue modum natis proponere curat.
Non bene conſulitur laſciuę (crede) iuuentę:
Si ſine morigero paſſim ductore uagatur.

Sicut oues curſum linquunt paſtore remoto.
Sollicitatq; uagas nimium conceſſa uoluptas
Sic tua per ſceleris torturam pignora currunt.
Stulte parens:natos cur excuſare laboras?
ꝙ teneri nequeant recti conſcendere callem:
Et ſentire nefas:aut ueri noſcere curſum?
Non ętas mollis:non frontis barba tenellę
Te excuſare poteſt:teneris ſapięntia creſcit
Cordibus:& ſanctę diſponit ſemina uitę:
Quin melius retinent pueri documenta tenelli.
Horatius Nam cecinit quōdam Romę Venuſinus alūnus
Quo ſemel eſt imbu ta recens ſeruabit odorem
Teſta diu:remanētq; rudis primordia uaſis.
Flexilis eſt iuncus:ſalices flectuntur amarę:
Robora dura minus : quid enim nūc prima moraris
Tempora frugiferis citius depaſcere rebus?
Quid moderata nocet pueris correctio blandis?
Nam ferulę:morum prębent alimenta bonorum:
Expelluntq; malos incocti pectoris ęſtus.
Ob culpas aliquando graues luxere parentes
Priamus. Crimina natorum:& uitam ingemuere nocentem.
Adſit in exemplum Priami fortuna potentis:
Iliacas qui perdit opes:cum nauibus altis
Filius Argolicas properat laſciuus ad oras.
Tarquini9 Adſit in exemplum Tarquini fama ſuperbi:
ſuperbus. Ob ſcelus infandum nati:luxumq; pudendum:
Lucretia. Quo bona ſtuprate mentis Lucretia luxit:
Expulſus regno:latiis errauit in oris.
Catelina. Tranſtulit innumeros ad nos Cateliua nepotes:
Filius aſſequitur patrem,uitiiſq; uiciſſim
Indulget:moreſq; bibit ratione carentes.
Heu melius pueris nunc conſuleretur:inertes
Ductores fugerent:ſi iam ſtultoſq; magiſtros:

Prudenteſq; bonę laudis ſequerentur alumnos.
Peleus emonio quondam rex clarus in orbe:
Curam magnanimi phęnici indulſit Achillis:
Traderet ut ſanctos tenero pro tempore mores.
Rex quoq; pellęus magna cum laude Philippus:
Per loca Graiorum quęrebat cuncta magiſtrũ:
Poſſet Alexandrum qui dogmata culta docere:
Doctus Ariſtoteles tandem compertus:adibat
Magnanimi curam regis:pectuſq; fouebat
Artibus ingenuis:dabat & pręconia linguę.
Doctus Ariſtoteles primũ documenta Platonis
Candida guſtarat:ſophięq; exceperat artes:
Antea q̃ teneros ſtudio paſcebat alumnos.
Tempore ſed noſtro dementes cura parentes
Nulla trahit: natos uideant ut rite peritos:
Conducantq; grauem digna mercede magiſtrum.
Ergo nunc fatuus procedit de patre ſtulto:
Qui uitiis largitur opes:ſtudioq; decoro
Parcit:& ingenii uirtutes negligit omnes.
Thebani Cratis triſtis querimonia fertur:
Si mihi:dicebat paſſim clamare liceret:
Vos omnes fatuos uellem appellare probroſos:
Quos agitat nimio funeſta pecunia ludo.
Diuitias legitis natis:& dogmate nullo
Pectora lactatis:nec dexteritate fouetis:
Tãdem pęnitet & ſceleris permiſſio mordens
Grandęuũ patrem:ſero at medicina petetur
Natorum quidam ſceleratis undiq; rebus
Se ſociant:ſummiq; patris diuina laceſſunt
Numina:nonnulli uitam ſine fine prophanam
Sectantur:uitiumq; petunt nocteſq; dieſq;:
Atq; relicta malo fundunt patrimonia ludo.
Quidam delitiis laſciui corporis ardent:

q diſcipu/
los didio
reddunt
ſtultiores
q̃ accepe/
rant. Tul.
peleus. de
quo Ho.
Philipp⁹.
Alexãder
Ariſto.
Plato.
puer.x.

crates the
banus.

puer. xix.
Eccle.xxii.

Deutero.
xxi.

Et luxu flores conſumunt temporis omnes.
Ille bibit cyathos ſitiens:plenamq; lagenam.
Euacuat:nulloq; modo diſcrimina ponit.
Sed pueri qui non teneris lactantur ab annis
xii.q.i.ois. Artibus ingenuis:ſtudiis nec rite fouentur:
Gene. Viii Ad uitium faciles ſunt:& delicta parati.
Nil melius gracilem poterit nutrire iuuentam
Et morum prȩſtare uiam:uitamq; modeſtam
ꝓuer. xix. Quam ſalubris docti ſiquidem doctrina magiſtri:
Eccle. Vii. Principiū/mediū/finem quoq; prȩbet honoris.
Vtilis ad teneros ſpectat correctio natos.
Nobilitas res magna ſatis:decorare puſillos:
Quȩ ſolet:at proprio non eſt quȩſita labore.
Seneca Profuerit quid eni maiorū ſtemma?quid autem
Iuuenalis. Nobilitate tumes?quam non uirtute decora:
Moribus aut cultis meruiſti o ſtulte miſelle?
Sȩpe malos catulos pariunt animalia blanda:
Sȩpe mali pueri caſto naſcuntur ab aluo.
Sed pater in culpa eſt:qui non uult eſſe ſeuerus
Eccle. xxii Dogmaq; nec gnatis uiuendi ſuggerit aptum.

De delatoribus & litigiorū promotoribus

Qui duplici lingua liteſq; & iurgia uendit:
Et delatoris fungitur officio:
Inter contiguos ponens ſua crura molares:
In precium ſceleris ſentiet exitium.

ꝓuer. xVi Gaudia ſumma putat quidam miſcere ſiniſtris
&.xix. Litibus:atq; homines ad iurgia uana mouere.
Eccleſia. Gaudet et interdum rixis turbare moleſtis
xx Vii. Pectora:ſic igitur male ſani eſt criminis auctor:
Eccle.x. Ore tenet uirus:lingua mendatia fingit:



Pꝛocuratō rixarum

Vir inſipiēs fo
dit malū: & in
labiis eiꝰ ignis
exardeſcit. ho
mo peruerſus
ſuſcitat lites:
& uerboſus ſe
parat pricipes
Parata ſūt de/
riſoribus iudi
tia: & mallei p
cutientes ſtul
torū corpori/
bus. Qui in al
tū mittet lapi/
dē ſup caput
eiꝰ cadet. Et q
foueā fodit in
cidet in eam.

Atq̧ dolos uerſat: quibus impugnare nocenter
Concordes animos & pectora dulcia poſſit.
Sępe ferit grauiter/pheratrato uerbera linguę
Inſontes hominū mentes: moreſq̧ laceſſit
Innocuos uitę: & fautores diſpare uoto
Inter ſe ſemper uerſari & uiuere poſcit.
Nec tamen interea ſentit ſibi uulnus adactum
Vir bonus: accuſat quem delatoris iniqui


Prouer.xxix.

Lingua. ſed adueniunt ſeri lamenta doloris.
Prouerbi. xxiiii. Delatore nihil peius: nil turpius uſq;
Cuius in ore ſonant lęthalis ſibila morſus:
Milleq; pictarum fraudum mendatia ſubſunt.
Si uidet immoto concordes uiuere nexu:
Si ſotios aliquos: fidos ſeu noſcit amicos:
Eſa. xxxii. Mortiferum uirus rauco de gutture ructat.
Vnanimeſq; ſtudet comites a foedere dulci
Soluere: concordes queat ut confundere mentes
Mox tamen excuſat lingue rabioſa proterue
Sibila: & inſontem ſe a talibus eſſe fatetur.
Et ſceleris tegit occulte maledicta peroſa.
Sic quidam applauſus quęrunt: cupiuntq; placere
Teré. i en. Iſtis: de quorum nil ſanum pectore manat:
Fallaces Daui: Gnatones: & paraſyti:
Horatius Oſores rabidi: balatrones: hoc genus omne
Garrula mordacis diffundit ſemina lingue.
Quiſquis amicitię nexum diſſoluis: & atro
Sapiẽtie. i. Stigmate concordes maculas: & iurgia uendis:
puer. xix. Indignus uita es pręſenti carcere dignus:
Perpetuo: ut careas uiuaci luce peroſus.

Non ſequi bona conſilia.

Eſt: & non: ſolers/ cauſa qui dicere in omni
Neſcit: & inquouis tempore recta ſequi:
Omnibus in rebus nec ſanos conſulit: ille
Damnorum fatuus pręmia ſolus habet.

Stultus iners ille eſt: qui prudens uſq; uideri
puer. xiiii. & xi. Gliſcit: & aſſueto tractat ludibria curſu:
Sed dum ſe nimiũ prudentem: & ad omnia uafrum
Eſtimat: haud dubio fatuis eſt ſtultior illis.



Spnere ꝯſi lia ſalubꝛia

Eſt uia q̄ uide
tur homi iuſta
nouiſſima aũt
eius deducunt
ad morté. De/
ſpexiſtis om̃e
cõſiliũ & incre
patiões negle/
xiſtis. Ego q̄ꝙ
in interitu ue/
ſtro ridebo:cũ
irruerit repẽti
na calamitas.
Salus auté ubi
multa cõſilia.

Quoꝝ ſomnifero mens eſt cecata furore.
Sit ſapiens:cędo:munitus uiribus:atqꝫ
Dotibus eloquii:tamen hęc ignauia nunq̄
Deſerit aſſuetas confuſi pectoris artes.
Conſilia alterius refugit:ſpernitqꝫ bonorum
Senſa:quibus proprie mentis corroboret actus.
Effutiunt multi phalerato uerba colore:
Et cupiunt uerbis prudentes inde putari:

Prouerbi.i.
Eccleſi.xix.

Hi terram findunt aratro/temoneq́ȝ longo:
c.ne inite/ Stultorum greſſu tacito monumenta perarant.
ris.de ꝯſti. Conſiliis nempe uſq́ȝ ſuis:coeptoq́ȝ furori:
Confidunt:nuſq̄ monita & meliora ſequētes.
Pyrrhus Pyrrhus ad auſonios populos non caſtra locaſſet:
epirotarū̄ Haudq́ȝ fuga tantas clades cōmiſerit auctor:
Rex. Callida ſi Cyneę docti conſulta probaſſet.
Inconſulta ruit bellis priameia proles
Hector. Hector:Achillea miſere confoſſus ab haſta:
Dum fugit annoſi temere mandata parentis.
Nero. Sic Nero crudelis iuſtas dum negligit artes
Conſiliiq́ȝ modos:telo tranſfixus acuto:
Sera luit meriti maleſanus damna furoris.
Thobias. Fertur Thobias gnatum monuiſſe decenter
Vt bona prudentum ſequeretur geſta uirorum.
Roboam. Dum temere antiquos ſpernit Roboam ſapiētes:
Eccleſiaſt. Innumeras perdit gentes:atq́ȝ improba acta.
xlVii. Plura tibi poſſem priſcorum exempla referre:
Qui dum ſectantur proprium caput: & ſibi tantum
Confidunt:ueterum & nolunt conſulta uidere:
Incurrunt pęnas meritas: & triſtia fata:
Perpetuoq́ȝ trahunt fatuę telluris aratrum.

De incompoſitis moribus.

Qui tenet incomptos mores/geſtuſq́ȝ pudendos:
Et geſtat uultum mobilitate leuem:
Maturat fieri ſtultus:turbamq́ȝ profanam
Quęrit:& aſſiduo pilea ſtulta trahit.

Sapien.xii Moribus ingenuis pauciſſima turba uirorum
Eccle.xx. Iam supereſt.ſedenim plures ad crimina currunt:
Math.Vi. Et properant guſtare nefas:turpeſq́ȝ malorum



De cor/ruptis morib9.

Infātiū in/ſenſatorū more uiuē tes:ꝓpter hoc tanq̄ pueris in/ſenſatis iu diciū in de riſū ḋdiſti More idi/ſciplinato rū aſſidue erit. Boni aūt mores plus q̄ di/uitie ope/rantur.

Illecebras:& ſic ſtultorum imitarier eſcas.
Turpibus(heu miſeri mortales)moribus omnes — Math. Vi
Sunt modo cęcati:nec curant munera uitę — Treno. iiii
Candida:nam paribus uitiis iuueneſq; ſeneſq; — Eſaię.lVi.
Aegrotant:nulloq; gradu diſtantia mores — Math.xV
Separat hoſce malos:mēres nec ad optima trāſfert. — Eſa.xiii.
Crinibus intortis quidam ludibria tractant: — ii.thim.iii.
Quidam ſe manibus iactant:uultūq; modeſtum — Sapi.xii.

Aſſumunt nuſq̃:leuibus ſed moribus uſq;
Se fatuos cunctis oſtendunt:ſeq; peroſos
Reddunt:& grauium fugiunt commertia rerun..
Iacobi.ii. Inſtabilis uita eſt illorum/ſtulta/pudenda/
Inconſtans/leuis & cum tempore mobilis omni
Inceſſu quidam deformia geſta refingunt
Deformantq; gradus:facie quoq; mera relaxant
Ludicra:nec quicq̃ faciunt ex ordine certo.
Mens leuis eſt illis:animus quoq; diſſonus:illos
Vexat:& errores oculis & nubila craſſa
Obiicit:& mores uita deturpat inerti.
Qui ſapit:& mentem laudaris moribus auget:
ff.de tu. & Atq; modum uitę ſtudet obſeruare decorum
cu.l.ſcire. Quicquid agit:plauſu populi laudatur amici:
Faſq; putat:quicquid ſapiens agit ille:facitq;:
Sit licet hic poſitus uitiorum in flumine magno:
Sentiat & molem:qua mens agitatur iniquam.
Et ſpatium uitę quo recte uiuere poſſet:
Groccitat attamen hic corui de more canendo

Eccleſia.V.
Pſal.xciiii.
Ad hebre.iii.
Luce.xii.

Cras cras:in melius uitam mutabimus: aut cras.
Eccle.V. Hinc ſtolidum-inſanum/ & ſtultum dicimus omnẽ:
Qui ſe uicturum cras aſſerit:atq̧ fatetur:
Prouer. Cum tamen in foribus mors aſſidet omnibus horis
xx Vii. Sera nimis uita eſt que fertur craſtina:qui ſcis
Ouidius. An te fata ſinant tam longo uiuere curſu?
Cras minus aptus eris:hodie bene uiuere debes:
Eſaię.lVi. Et purgare caput:quod cum ſudore grauatum
Pondera peccati geſtat:curaſq̧ minaces.
Ad mala ueloci uolitamus cum pede ſemper:
Atq̧ hodie facimus ea:nec differre putamus
Iacobi.iiii. Longius:adq̧ nephas pręſens nos mancipat hora:
Et feſtinamus ſemper ceruice parata:
Illa tamen nobis poſſunt que ferre ſalutem
Spernimus:inſanos ſic nos dementia turbat.
Si forte immineat ſcelerum confeſſio nobis:
Diffugimus:rauci repetentes murmura corui.
Et duo cras:aut plus/fatuo ructamus ab ore
Eccleſi.x. Implacata tamen:ſi mors irrepſerit:ut te
Math.Vi. Auferat:atq̧ animam ſub tartara nigra remittat:
Lucę.xii. Tunc uelles feciſſe bonum:potuiſſe nequibis:
Tunc tua ſera nimis uox & querimonia:cras cras.
Eſaię.xxii. Stulte quid exigui te temporis oro uoluptas
i.corit.xV Detinet:illa ruunt:& fluminis inſtar abibunt.
Incipe coeleſtes hodie perquirere ſedes:
puer.iii. Craſtina pręcipitet ne te cunctatio uana.

De cuſtodia mulierum

Cuſtodit pulices fatuus ſub ſole calenti:
In puteum undantem & flumine/portat aquã.
Qui gerit uxoris curam metuitq̧ pudoris
Quę ſibi ni cuſtos fuerit cuſtodia uana eſt.



Obſeruare mulieres.
Si ſpūs zeloty/
pie ꝯcitauerit
uirū ꝯtra uxo/
rē q̄ nihil pol/
luta ē uel falſa
ſuſpitiōe appe
tit relinq̄t deo
facti huiꝰ iudi
ciū. Ille lauat la
terē q cuſtodit
mulierē. faciliꝰ
eſt ardenti ſub
ſole obſeruare
pulices: q̄ iuitā
cuſtodire mu/
lierē. Adde ſe/
rā cohibe. ſed
quis cuſtodiet
ipos. Cuſtodeſ
cauta ē ab illis
incipit uxor.

Stultrior/atq; magis furioſo inſanus Horeſte eſt: — Iuuenalis.
Spiritus & uexat hunc male zelotypus: — Vi ſati.
Qui gerit uxoris curam:& cuſtodiam inanem — Eccle. Vii.
Noctes atq; dies:ſollicituſq; tremit: — Numeri. V.
Angorem fruſtra toleras:fruſtraq; labores — Eccle.xix.
Suſcipis:incaſſum te tua cura necat.
Pone ſeras:cohibe greſſus mulieris:& omnes — Iuuenalis.
Saltus:& uigil hic latret ubiq; canis: — Prouer.xxx.

Conſeret & fortis prȩcluſas peſſulus ȩdes:
Cuſtodes habeat & domos alta ſuos:
Quis tamen interea ſemper cuſtodiet ipſos
Cuſtodes:uxor ſi uolet eſſe procax?
Eccl.xxV. Foemina producit quam natura pudicam:
Raro fit-ut ſeruet uincula caſta thori.
puer.xii. Foemina ſed quȩ uult tenerum ſeruare pudorem:
Et thalami pignus coniugiiq; fidem:
Vinciri debet nulla compagine ferri:
Nec ſtructura grauis hoſtia caſta premat.
Danae. Non turris/Danaes potuit ſeruare pudorem:
Ouidi⁹.iiii Amiſit ſtupro dona pudicitiȩ.
metha. Iupiter auricomum flagrans conuerſus in imbrem
Virginis ingremium fluxit:adulter erat.
Penelope. Libera Penelope fuerat per tempora multa/
Homerus Abſenti retinens membra pudica uiro.
in odiſſea. Circa illam quãuis uolitaret turba procorum:
Ouidi⁹ in Infracto manſit ſed tamen illa thoro.
epi. heroi. In uetitum plerumq; nefas cuſtodia pellit
Vxores:uetiti damna pudoris olent.
Eccl.xxVi Foemina iucundos mores uitamq; probatam
Seneca in Induat:ut famam comparet inde ſibi.
de clama. Et cetus hominum fugiat:uetulaſq; procaces
Helena Et fugiat uafri murmura blanda proci.
Ouidi⁹in Si non legiſſet Helene reſcripta doloſq;
epi. heroi. Idȩi Paridis:non male rapta foret.

De adulterio.

Eſt fatuus qui ſcit uigilanti ſtertere naſo:
Et faciem digitis contegere uſq; ſuis.
Vxoremq; ſuam ſubigi permittit:& audit
Illecebras:ridet ſubdola catta iocos.



Lenocinij fatuitas.

Patronꝰ ē tur/
pitudinis q̄ cri
men cęlat uxo
ris. qui patitur
uxorē ſuam de
linquere: matri
moniūqꝫ ſuum
cōtēnit: qꝫ cō
taminationem
nō indignatur
pęna adulterii
cōfligitur: do/
ctꝰ ſpectare la/
cunar: doctus
& ad calicē ui/
gilanti ſtertęre
naſo.

Res miſeranda quidem/ & cenſura digna Cathonis.
ꝙ uult coniugii nemo tenere fidem:
Nullus adulterii legem/aut pia iura ueretur:
Iulia lex dormit: poena uetuſta ſilet.
Non mulier nec uir ſacrati foedera fulcri
Conſeruare ſolent: męchus ubiqꝫ iacet:
Multis digna quidem res & laudanda uidetur
Alterius lectum concutere/atqꝫ thorum.

Sene. de ira.
Valeri. li. iiii.
Prouer. xxii.
Iacobi. i.
Eccleſi. xxx.

Iuuenalis.
Vi. ſati.

Leuiti. xx. Nec pudor ullus adeſt:nemo enſē/aut ſaxa ueret:
Deut.xxii. Iudicium parcit:pena remiſſa iacet
ff.ad.l.iul. Heu uetus in męchos tua lex tua Iulia dormit:
de adul. Ceſar:ab Elyſiis fontibus oro ueni:
Turpius idq3 magis:ſunt qui ſpectare lacunar
Iuuenalis. Docti:ut per thalamum cautus adulter eat.
Apponunt digitos oculis uigilantibus:atq3
Permittunt ſubigi pignora chara thori.
c.quemad Vxoris ne ſcelus audes ſpectare pudendum:
modu3 de Cognita nec culpas probra/marite taces?
iu.iu. Expulit a regno fratrem Pelopeius Atreus:
ꝓue.x Viii Foedaſſet proprii ꝙ ſibi iura thori:
Atreus. Atq3 duos natos mactauit funere męſto:
Señ. i thy. Quo luerant moechi crimina foeda patris.
ff.de adul. Ingens clamor ęrat quando Lucretia paſſa eſt
l.ſtupor. Stuprum:a laſciuo contaminata uiro.
Lucretia. Collatinus enim coniunx rumore leuato
xxxii.q.V. Tarpęia regem pellit ab urbe malum.
lucretia. Clodius in cunctis dominatur gentibus:ęheu:
Targnius Clodius impune tractat adulterium.
expulſus Heu mala dira parit putidę męchatio mentis:
Clodius Proſiliunt ire/mortis & exitium:
C.de adul O uos mortales concordi uiuite nexu:
gracchus. Foedera quid thalami ſic uiolare iuuat?
ꝓuer. Vi. Sit ueneranda fides uxoris:ſitq3 mariti:
Mutua ſint ſemper gaudia:paxq3 frequens.

Semper fatuus.

Eſt qui contendit ſe prudentem uſq3 putari
Cum ſapiat penitus nil(mihi crede)boni:
Non diſcit mores:non eſt uirtutis amator:
Sed manet infoelix anſer/ut ante fuit.



Qui bona multa uidet:preclaras perlegit artes:
Audit & egregium quicquid in orbe uiget.
Virtutis monumenta ſacre moreſcꝫ politos
Conſpicit:& ſtudii flumina amęna uidet
Gymnaſium :ludos celebres:ſpectacula mundi
Luſtrat:& arrectus per loca multa uolat.
Nil tamen addiſcit: nęcꝫ enī hęc monumēta uetuſta
Profunt:ut melior fiat & utilior.

Stulticia gaudiū ſtultoꝛum.

Vir prudés dirigit greſſus ſuos. Cęlum nō animū mutāt q p mare currunt. Sapientior ſibi ſtult⁹ uidetur ſeptē uiris loquétibus ſentétias.

puer. x V. & .xx Vi.
Horatius in epi.
Seneca peregrinatiō ñ facit medicū & nulla ars diſcitur loco.

Eccl.xxix. Quicquid habet rerum alterius collecta ſupellex
Aedibus id ſemper gliſcit adeſſe ſuis.
Hoc deſiderio ſtultiſſima uota notantur:
Res ſemper fatuis ex nouitate placent:
ꝑue.xx Vi Ad gentes currunt uarias populoſqꝫ peragrant
Luce. xV. Ignotos:luſtrant quicquid in orbe iacet.
Ne quid in externis maneat regionibus uſq̄
Intactum:peregre ſtultus ubiqꝫ uolat.
Ad Paraui muros:ad celſę moenia Romę:
Ad Solymas currunt:Aſſyrioſqꝫ lares:
Curritur ad Lybien:penetrāt Memphitica regna.
Pyramides luſtrant. Attica regna uident.
Attamen apportant ſapientis premia nulla:
Non ſpecimen morum:non decus ingenii:
Horatius in epiſt. Coelum non animū mutant qui tranſmare currunt.
Stulti diſcedunt:mox fatui redeunt.
Poſſumus hos mores inter cęnacula noſtra
Diſcere:ſi imprudens uis fore:ſiſte pedem:
In patriis laribus tam ſtultas carpimus artes.
Non aliena opus eſt perquirere inde loca
Plato.de quo Hier. in ꝓlogo biblie. Quin animo exculto diuinum imitare Platonem:
Vt ſaperet doctos quęſiit ille uiros:
Nec ſine doctrina Graias conſeſſit ad oras:
Quo tandem ingenuas cōcumularet opes.
Ad Hebr. xiii. Quiſquis ab ęde ſua patria/uolat improbus anſer:
Ille domum rediens/anſer ut ante/manet.

De iracundia ex leui cauſa.

Aſſiduis flagris tardum qui pungit aſellum:
Sepius ad longas corruit auriculas.
Ira breuis furor eſt:nil indignatio prodeſt
Sincerę mentis eſt inimica minax.



Jraſci ſine cau ſa.

Vince iras aīmq̃ tuū̃ qui cetera uincis.
Impedit ira animū̃, ne poſſit cernere ue rum Irat⁹ nil niſi cri minis loq̄ tur. Debet hō̄ lentuȝ uehemens eq̄tare iu mentum.

Hic fatuus ſemper pigrum cō̄ſcendit aſellum:
Turbida quem motu concitat ira graui.
Latrat & exclamat circum ſe more canino:
Nec uerbum placidum toruus ab ore uomit.
Rancidulo ſemper ructatur in ore canina
Littera: nec motus mitigat ille ſuos.
Gaudet, & a populo metui ſua facta: furoris
Plena mali: mentis conſcius ille nihil.

xxxii. q. Vii. qd in nibus.
Sapie. xiii.
Ad Ro. ii.
Hier. xxix.
per ſius
prouer. xx
pu. xx Vii.

Dicitur a cunctis:furioſum cernire ſtultum:
Et ſibi de fatuo hoc quilibet abſtineat.
Perſius — Nam putat ille quidem ſtultos nō antea uiſos:
prouer.xi. — Auriculas aſini ſolus habere cupit.
Ira necat ſenſus:premit indignatio mentem:
Precipitem inuertit illa uel illa uirum
Archytas — Archytas ſophie iccirco ſpectabilis auctor:
Ille Tarentina natus in urbe procul:
Peccanti ſeruo:turbatus mente pepercit:
Atq; irę ſtimulos ſic moderatus erat
Plato — Sic Plato ſic alii motus ſedare ſolebant.
Socrates — Socratici & plures doctiloquiq; uiri.
puer.xxx. — Nempe furor ratione caret:pręcordia frangit:
Eccle.xix. — Debilitat ſenſus.ira ſeuera nimis
xi.q.iii.ira. — Hos contra motus/certa innitamur habena:
V.q.ii.rela — Et frenum:atq; ſuum ſentiat ira modum.
tum.& ca. — Non ſapiētis erit triſtari:aut corde dolere:
ſeruetur. — Paſſio/prudentis pectora/nulla pręmit:
puer.xxii. — Eſt ſapiens ſemper:tranquillus mente quieta:
& xVii. — Ira trahit fatuos inſipidoſq; uiros.
Io.xxxVi. — Tempore cuncta quidē ſapiens moderatur in omni
prouer.xii — Addit & in cunctis rebus ubiq; modum:
Eccle.Vii. — Sed fatuus nullo penitus moderamine ductus:
Stulticiam effundit ſemper ubiq; ſuam:
Ergo pręcipites aſinum conſcendite ſtulti:
Quo celeres fatuos beſtia tarda uehat.

De fortunę mutabilitate.

Quem rota fortunę cupida ſpe continet:atq;
Voluit in excelſo ſors ſibi fauſta gradu:
Ille etiam metuat lapſus quandoq; nocentes:
Perpetuo neſcit ſors reſidere loco.



Foꝛtũe mutabilitas.

Tollũtur in altum ut lapſu grauiore ruãt Nemo ꝯfidat nimiũ ſecũdis. Nemo deſperat meliora lapſis. Miſcet hec illis prohibetqꝫ Clotho Stare fortunã. rotat oẽ fatũ. Nemo tam diuos habuit fauentes Craſtinũ ut ſibi polliceri poſſet.

Complures fatuos/latum fortuna per orbem
 Efficit inſtabili uoluit eoſqꝫ rota
Fortunam multi ſitibundo pectore uerſant:
 Et loca continuo ſcandere cęlſa petunt.
Inquiruntqꝫ gradum:qui ſit ſibi uiribus impar:
 Nec lapſum fati pectora ſtulta uident.
Nil adeo excelſum eſt/qđ non trepidare ruinam
 Debeat:ad mortem cuncta creata ruunt.

Eccle.x.
i.Macha.ii.
ꝓuer.xiiii.
Sęneca in her:
fur.
Claudianus.
de pe.di.iii.qd
ergo.in glo.
Prouer.xVii

Horatius Omnia que terris nunc ſunt innata-ſeneſcunt:
Labitur & quicquid terra beata dedit.
Seneca in Quis fuit in tanta mortalis ſorte locatus:
her.fu. Craſtina promittat tempora ut ille ſibi:
Aut ſe uicturum fortuna ſemper eadem
Spondeat:inſtabili uoluitur illa gradu.
Martialis. Nam lacheſis duri ſemper pręnuntia fati
Non tibi permittit ducere fila diu.
Atropos haud noſtris mulcetur turbida uotis:
Vt nobis longos pręſtet in orbe dies.
Ad caſum ſubitum plures funeſta poteſtas
Allicit:ut loetho tunc grauiore ruant.
Iuliꝰ ceſar. Iulius immenſo dominator cęſar in orbe.
Dum nimium ſortis numina blanda colit:
In medio ſenſit mortalia fata ſenatu:
Hunc fortuna nichil iuuit ab exitio.
Tulliꝰi of. Semper habet trepidos inuiſa potentia greſſus:
Eccle.xx. Inuiſus multis imperioſus homo eſt
Delicias raras prębet metuenda poteſtas:
In ceruice ſua triſtia damna gerit.
Sapien.V. Quem metuũt multi:multos metuiſſe neceſſe eſt.
Odit quem metuit/perdere plębſqꝫ ſtudet.
Eccle. xxi. Imperioſus homo nullo palpatur amore:
Nec populi hunc plauſus:nec bona fama colit.
Ergo mobilibus non ſic confidite ſceptris:
Nam rota uertetur cum deus ipſe uolet.

De egrotante inobediente.

Egrotus ſi quis morbos in corpore triſtes
Sentit:& urgetur anxietate graui:
Pręſtita nec medici ſequitur documenta periti:
Si cadit:ex merito damna doloris habet.



Patiēs ipatiēs.

Si opus medicātis expectas: uulnꝰ detegas opor/ tet. Nō eſt in medico ſp releuef ut eger. Principiis obſta Se/ ro medici/ na paraf: Cum mala per lōgas cōualuere moras.

Qui iacet in moeſto egrotans angore: perito
Nec medico paret: conſiliumqꝫ fugit.
Nec tenet impoſitam ſeruata lege dietam:
Conualidus fieri qua mediante queat:
Pro uino nunc guſtat aquam: nunc cętera ſumit
Pocula: conſultrix quę medicina uetat.
Quęrit & aſſidue rigido contraria morbo
Eſculenta: ſibi temperat atqꝫ nihil:

glo. i.c. ad aures de e ta. & q̃.or.
Eccle.x.& xxx Viii.
Boetius
Iuuenalis.
Perſius
Eccleſiaſt. xxx Vii

Donec ad tumulum feretro portatur operto:
In cinerem rediens ceu fuit ante cinis.
Eccl.xviii Qui cito ſanari a morbo conaris amaro:
Ouidi⁹ de Principiis obſta:deteriora caue.
reme.am. Scintilla in flammas creſcit quandoqꝫ moleſtas:
Riuus & exiguus flumina magna facit.
Principium morbi modicum:capit incrementum
paulatim:ſalubris in medicina uetet.
Eccl.xxxi. Qui ualidus cupit eſſe cito/ſua uulnera plane
Boeti⁹ de Demonſtret medico/pellat ut inde luem.
con. phil. Non ſine luctifero ſanari membra dolore
Poſſunt:ne renuas ferre doloris onus.
Eccleſiaſt. Nil quoqꝫ mentiri medico debemus in ipſo
xxxviii. Morbo:non medici:ſed tua uita perit.
Quiqꝫ ſacerdoti referens peccata peracta:
Mentitur:uitam decipit ille ſuam.
Qui medicum quęrit/ſua nec documēta reſeruat
Expers conſilii eſt:& ratione caret.
Conſilium uetulę potius ſectamur/& herbas
Quas in theſſalico littore ſaga coquit.
Infami dygito frontem hęc & pectora luſtrat:
Iſtius interitum falſa medela parit.
i.thimo. Qui uetulis credis maleſanis:credit anili
iiii. Conſilio:loethi fata ſeuera ſubit.
Moralem ſenſum noſtro ſi carmine ſumes:
In uitiis egrum te mora nulla premet.

De nimium apertis cōſultatiōibus.

Quiſquis forte palam mentis concepta reuelat:
Ante oculos uolucrum retia tenſa locat:
Admonet hic omnes:cautelam prębet apertam:
Quo facile a laqueo quiſqꝫ cauere queat.



Aperte inſidias ponere.

Fruſtra iacit rete ante oculos pēnatorū. que nimis apparētia uitat auis.

Quiſquis auis forſan contendit carpere plures:
Retiaq̧ ante illas tendit aperta nimis:
Nec funes/pedicas/laqueoſq̧ plagaſq̧ recondit:
Is facit ut ſua mox retia uitet auis.
Qui ſemper manibus:duris uerbiſq̧ minatur
Publicitus:nullum uerberat ille canem.
In tantum mentis qui uerbis pandit apertis:
Conſilium retegens omnibus atq̧ palam.

Eſopus in apo.
Prouer.i.
Ouidi⁹ de rem.amo.
glo.in cle. paſtoralis de re iu.
Prouer.x.

De tali ſtulto poterit ſibi quiſq; cauere:
pue.x Viii Creditur hic toto corpore poſſe nihil.
& xx Vi. At puto prudentem & ſapere hunc:ſecreta reuelat
Qui nulli:intentum comprimit uſq; ſuum.
Solus agit mentis ſincerę arcana:nec ulli
Pandere uult animo ſi qua agitare uelit.
Pręcipue in rebus:quę ſpectant forte ſalutem
Corporis:aut regni:grande aliquod uel opus:
Horatius in epiſto. Falluntur plures a delatoribus ipſis:
Conſilium domini qui ſibi ſcire uolunt.
Illecebris palpant:ut ſic arcana reſciſcant.
Qui noua ſcire cupit:dicere/& illa uolet.
puer.xi. Eſt ſapiens certa:mentis qui condere uotum
Conſiliumq; poteſt:nilq; referre palam.
Quattuor eſſe ſolent res:quę ſe tempore nullo
Occultare queunt.nec tacita eſſe uolunt.
Eccle. Viii Conſilium fatui:ſtructa urbs in uertice montis:
Math. V. Actus amatoris:ſtramen & in crepida
Ouidius. Occultam ſeruare poteſt rem pauper/inopſq;:
Iuuenalis Diuitis aſt ſemper longius acta uolant.
Virgilius iiii. ęne. Et mala fama palam concreſcit ubiq; uolando:
Et domus interdum damna pudoris habet.
Tu caueas:ſapiens ſi fors cupis eſſe/catuſq;:
Ne pandas animum/conſilium/ue tuum:
Seneca Catho. Nec ſeruis famuliſq; tuis confidito in illis:
Sed tacitus mentis condito facta tuę.

Fatuorum damno ſapientes
nos fieri conuenit.

Stultorum lapſum miſerum/ſubitamq; ruinam
Qui uidet:aſtutus nec ſibi deinde cauet.
Eſt ſtultus:cęco nec recto tramite pergens:
Et fatui barbam mulcet ubiq; manu.



Alienis piculis fieri ſapientē.

Attēde i il lis ne forte cadas. Fę/lix quē fa/ciūt aliena picula cautū. Caſus dementis correctio ſit ſapiētis Via ipioꝝ tenebroſa neſciunt ubi corruant.

Cernimus aſſiduos caſus/lapſuſqꝫ frequentes
Stultorum:& riſus cernimus inde graues. — Prouer. iiii.&.xV.
Ridentur paſſim fatui:luduntur in omni — Ioh.xVii.
Tempore:nil ſapiunt:nil quoqꝫ ſcire uolūt.
Sunt & contempti multum a prudētibus ipſis — Eccl.xxV.
Qui cappam in fatuis frontibus uſqꝫ gerunt.
Accuſat ſtultum ſtultus:conuitia iactant — Ecclesi.x.
Impia:ſed greſſus ſtringit uterqꝫ pares.

Hieremię Vi. & Vii. Errat & aſſidue nec uult curare ruinam:
Complures fatui qua cecidere prius:
Eccle.i. Nil exempla trahunt ſtultos/lapſuſq; moleſti:
Semper ad interitum quid bone ſtulte ruis?
Admoneant ſaltem fatuos exempla malorum:
Math. xV Diſcant alterius uiuere uite malo.
Lucę. Vi. Exprobrat cęcum cęcus/uiſuq; carentem:
Attamen in foueam ſępius ambo cadunt.
Eſopus in apo. Incuſat cancrum cancer retrorſum abeuntem:
Ibat directam nec tamen ipſe uiam.
Eccleſi. iii. & xli. Qui matris non uult documenta ſequi/ ille nouercę
Imperium toleret obſequiumq; graue.
Qui patris nunq̃ ſequitur pręcepta ſalutis:
Difficilem ingreditur ſępius ille uiam.
Phaeton. Si Phęton quondam conſulta ſalubria patris
Tul.iii.off Audiſſet:currus non petiiſſet iners:
Ouidius. ii.me. Non Iouis ethereum ſenſiſſet fulmen & ignes:
Nec lacerum corpus uolueret Eridanus.
Icar⁹.Oui. Viii. meth Icarus ingenui patris non iuſſa ſequutus
Altius euolitans:nomina fecit aquis.
puer. xV. & xxiii. Hi duo in imberbi triſtes cecidere iuuenta:
Nam uoluit neuter iuſſa paterna ſequi.
Eccle.xi. Corruere inſanum fatuum qui cernit:& audit:
Eſopus Exemplum capiat:effugiatq; malum.
Horatius in epiſto. Cauta fuit uulpes nolens intrare cauernam
Viderat ut nullam uafra redire feram.

Nil curare detractiones hominum.

Non campana ſonat quę malleolo atq; bacillo eſt
Expers:ſit uulpis inſita cauda licet.
Icc irco ſtultum eſt omnes curare loquelas.
Cum ſurda poſſis effugere aure ſonum.



Nil cu rare de tractio nes ho minũ.

Cum recte uiuas non cures uer, ba maloꝝ. Arbitrii nr̄i non ē quid quiſ, ꝙ loquaꝛ. Multū far ris habet qui cūctis obſtruit ora.

Quiſqnis in hoc mundo tranquilla uiuere mente — Pſal. c VIII.
Gliſcit:& in requie ducere ſecla bona: — ꝑue. xxiiii
Non curet uoces populi:famamq̨ malignam: — Sapiētie. ii
Nec curet linguę ſibila rauca malę.
Qui cupit in mundo ſeſe exaltare ſuperbo: — Ad phi. ii.
Et ſtabilis magnum ſcandere rite gradum — ꝑuer. xiiii.
Eſt opus ut curas toleret quandoq̨ moleſtas — &. x VIII.
Multa oculis uideat non bene grata ſuis.

Ad heb.xi At ſunt qui firmo tentoria rure locarunt:
Mundum ſpernentes:orbis & illecebras.
Nil modo ſecurum:nil tutum:nilq̧ uidemus
Tranquillum in mundo.nulla & ubiq̧ fides:
Multi urbes & opes/populos/cetuſq̧ prophanos
Fugerunt:tutus ut foret inde ſtatus.
Iohan.xV Qui ſtatuit iuſtam ſemper traducere uitam
Sapien. xi. Et mores ſanctos & benefacta ſequi:
Non curat quid mundus agat:tacitaſue querelas
Attendat:iuſtis nil mala lingua nocet.
Satyri Si uates ſatyri quondam:ſanctiq̧ prophetę
Prophete Penſaſſent hominum murmura loethifera:
Nec monumenta bonę monſtraſſent uera ſalutis:
Pſal.lii. Hic famam:hic meritum perderet atq̧ decus.
Sapié.Vi. Nullus in orbe quidem uiuit tam ſanctus:ut omni
Nunc fatuo placeat:qui probitate caret.
Eccle.Viii Qui cunctis poſſet recte ſeruire:beatus
Is foret:& ſeruus nobilitate bonus.
Eccleſia. Noctes atq̧ dies opus eſt confringere ſomnos:
xxxVii. Qui cunctis iamiam rite placere uolet:
Quis farre/aut digitis ſtultorum claudere rictus
Iam poterit:loquimur:pęnitet inde cito.
i.corin.iii. Nil aliud mundus didicit:niſi uana profari
Eccle.ii. Verba:quibus iuſtos contaminare ſolet.
puer.xV. Nil ſapiens curet uani ludibria mundi:
Eccle.Vii. Attendatq̧ nihil quod uaga turba ferat.

De ſubſānatoribus & calūniatorib⁹.

Stulti qui lapides iactant.& ſaxa retorquent:
Hos fugiat/ſapiens qui uolet eſſe/procul.
Nam trahit a uitio fatuos correctio nulla.
Nil diſcunt moris:nil probitatis habent.



Abſtrahere a bono.

Abominantur iuſti uirũ impium: & abominant impii eos qui recta ſũt in uia. Sapientia cuſtodiuit illũ ab inimicis. & a ſeductorib⁹ tutauit illũ.ui/debũt finem ſapientis.& non intelligẽt quid cogitauerit de illo deus.

O fatui excordes noſtram ad properate palęſtram: Eccle.xxii.
Incipiam uerum iamq; docere bonum. Prouer.xxiii.
Vos ſacrę legis:patrum & documenta docebo &.xxix.
Quę monſtrant rectum proſperitatis iter. Sapien.x.
Atq; uiam pandunt/prudentum calle politam.
Quare agite & pedibus currite queſo citis:
Diſcite quid uirtus:quid ſit prudentia rerum. Prouer.Vi.
Et fatui tandem deſinite eſſe meri. Baruth.iii.

Ad titū.iii Virtutes ornant homines:prudentia ueſtit
Sapien.Vi Munditiis:ſapiunt pectora ſtulta nihil.
Eccle.xVi Sed modo riſores fatuos:ſannaſq́ proteruas
Corrigimus:ſtrigili hos ſcalpere nempe iuuat.
Iob.xii. Sunt fatui qui nunc rident documenta ſophię:
ꝓuer.xiiii. Inq́ bonos cunctos probra pudenda uomunt.
Aduertuntq́ nihil:bona ſi quandoq́ docentur:
Quin cuncta irrident mox documenta palam
ꝓuer.ix. Increpat hinc ſtultum qui uerbis:aut corrigit ore
Impingit ſannam ſępe met inde ſibi.
Eccle.xix. Corrige prudentem:qui tempore diſcit in omni:
Feſtinatq́ oris uerba tenere tui.
Si cadit in iuſtos homines correctio iuſta:
Pręceptum accipiunt/cum pietate/bonum.
ꝓue.xxV. Iniuſtus pręceptores diffamat:& odit:
Sępe repercuſſus in ſua tela ruens.
ꝓuer.xix. Crede mihi ſannis qui alios:riſuq́ laceſcunt
Naſuto:tandem pręmia digna ferent.
Iuuenalis. Loripedem rectus derideat ęthiopem albus:
iii.q.Vii.q Eſt ſine qui uitiis rideat ille malos.
ſine. Stulte Nabal lueres ſannas/toruoſq́ cachynnos:
Nabal. Ni regem iratum flecteret Abigayl.
i.Re.xxV. Quid pueros memorem qui uati illudere ſancto
iiii.Reg.ii. Dum certant:urſis mordicus intereunt.
A grege ſtultorum caueat ſibi quiſq́ maligno:
Qui ſaxis iuſtos/innocuoſq́ petunt.

Contemptus eternorū gaudiorum.

ꝙ male delitias dūtaxat temporis huius
Cogito:nec celeres penſito abire dies:
Et regni ęterni ꝙ gaudia ſperno beata:
Cauſa eſt:me genuit Simea ſtulta/parens.



Trāſitoria pferre eter/nis.

Mēdaces filii hoim in ſtate/ris. ut decipiāt ipſi de uaitare in idipſum. Quid prodeſt homini ſi mū/dū uniuerſum lucretur: aime uero ſue detrimentum patie tur? Aut quā dabit hō commutatōez pro anima ſua?

Occurrit fatuę rurſus mihi turba cohortis:
Quę requiem ſatyrę non ſinit eſſe meę.
Stultus enim certe eſt. animo iactare ſuperbo
Qui ſolet: & nimium uerba pudenda loqui:
Ecce ait o ſuperum, nitidi quoq; rector olympi:
Nil opto ſedis regna beata tue.
Id ſaltem liceat: multis mihi uiuere luſtris:
Orbis & extremum cernere poſſe diem.

Eccle. xiiii.
Pſal. lxi.
Marci. Viii.
Math. x Vi.
Sapiētie. iiii.
Ad Roma. ii.
Amos. V.
Eccleſiaſt. ii.

i.Ioh.ii. At non laudato/rectę uirtutis/amore
Tam longas eui poſcit habere uices:
Sed magis exoptat:queat ut conuiuere laute:
Cum ſociis paribus:delitiiſq; frui:
Luce.Vi. Nec timet inferni fumantia tartara ditis:
Non acherontęos poſt ſua fata lacus.
puer.xiiii. O fatue inſignis:nil uani gaudia mundi
Mellis habent:illis copia fellis ineſt.
Tullius de ſenectute. Quid rogo delitias:tanti quid gaudia uana
Stulte facis:pereunt quę cito:more niuis?
Ioh.xViii. Gaudia (crede mihi) terrarum: felle replentur
Nec manet in cunctis perpetuata quies.
puer.xix. Quo fit/ut infamis/laſciua & ſpurca uoluptas
Quem trahit:& faſtus orbis & illecebra:
Hic fatuus:mundi curas guſtabit acerbas:
Iob.Vi. Et mortis rapidum ſentiet eſſe diem.
Eccle.iii. Tranſibit mundus:tranſibunt gaudia mundi:
Sapien.ii. Tranſibit pariter quicquid in orbe uiret.
&.V. Cernimus & tales hominum ſine fine ruinas:
Iacobi.i. Cernimus occaſus:cernimus exitia:
Luce.xii. Rectorem coeli tandem ſpectabimus omnes:
Apoc.xiiii Hic ad lętitias:alter ad interitum:
&.xx. Se cupit a ſummo qui ſegregare tonante:
Lętitię/& longos optat habere dies:
Mat.xxV. Cimmeriis tenebris eſt obcęcatior ille
Pro uano linquens coelica regna luto.

Tumultus & cõfabulatio in eccleſia.

Accipitrem geſtans per religioſa deorum
Templa:& quem ſequitur ſedula turba canum:
Deuotos homines/& debita uota moratur.
Et cuculum manibus palpat ubiq; ſuis.



De hõeſta-re eccleſias.

In ſacroſáctis eccleſiis/cũ pa ce & qete uo/ta cõpetit cele brari. Decet ei domũ domini ſctitudo. Ceſ/ſent in illis cõ/ſilia:cõtiones: parlaméta. ceſ ſent uana & multo fortius fęda & ꝓpha/na colloqa. Et poſtremo q̃cũ ꝗ diuinũ pñt turbare offici/um/ aut ocl'os diuię maieſta/tis offendere. & cetera.

Sunt quos latratu/ſtrepitu/clamore/ſuſurris
Non pudeat ſacras contaminare domos
Dum canit officium:dum debita ſacra ſacerdos:
Tractat:& extendit uota preceſq; deo.
Dum fluit ad populum diuinę contio legis:
Eccleſięq; pium pangitur officium:
Ingreditur fatuus quem roſtris calceus urget:
Stat ſimul in manibus niſus/& accipiter:

De imu. eccle. c.decet.li. Vi. l.denũciamus. C. de his q ad ecc.confu.

Prouer. V.
Treno.i.

Siue uelis cuculus.magno clangore uagatur
Per ſanctas edes/ſacrificoſq̧ focos.
Latranteſq̧ canes/ululatu & cuncta replentes
Ductitat:in ſtrepitu turba benigna ſilet.
Iam clangunt nolę:reſonat latratus ad auras:
Nunc pedibus pulſant:nunc manibuſq̧ ſtrepent.
Nulla quies penes hos/faſtu pompaq̧ furentes:
Ioh.xii. Non propter chriſtum.Lazarus artat eos:
Tractantur cauſę:rerum cõmertia:quęſtus:
Contractus omnes.officiumq̧ fori.
Conſpicit hic oculis matronas:ille puellas:
In autē. ut Hic aliud tractat quod probitate caret.
lic.ma.& Quidam etiam ſtrepitus ſua per calopodia ſtulti
auie in fi. Concrepitant turpes:impediuntq̧ bonum.
col. Viii. Stultitiam quid enim querimur:ſolitoſq̧ furores:
Quos ſemel inſipiens condere nemo cupit:
Ioh.ii. Cum tamen exemplũ chriſtus deus ipſeq̧ reliquit.
Nullus ut in templum turpia facta ferat:
Eccle. xxi. Sed precibus ſupplex/deuoto & pectore:patrem
Iohelis. ii. Aeternum oraret:coelicolumq̧ choros.
Pſal.i. Expulit & ferulis tractantes foenera mercis:
Marci.xi. Cum locus in templo ſit ſacer uſq̧ deo.
Luce. xix. Qui ſi de templis homines pulſare prophanos
Bernard⁹. Nunc uolet:atq̧ ędes euacuare malis:
Pauci quãdoquidem ſacrata in gente manerent:
Thura decent ſuperos:uerba prophana nihil.

De ꝓteruo ac ſpõtaneo periculo.

Qui cadit in flãmas & dira pericula quęrit
Sponte ſua/in puteum proſilit atq̧ libens:
Exitium merito patitur:ſi mergitur undis:
Vritur aut flammis:dignus enim interitu.



De pꝛo/teruo ac ſponta/neo peri culo.

Qui amat periculuʒ/ in illo peri bit. Sit fas liceatq̄ʒ pe rire mali/ gnis ſi iui/ tum q ſer/ uat idē fa/ cit occidē ti Qui ſcis an prudēs huc ſe de/ iecerit: an ne ſeruari nolit?

Eſt fatuus qui ſępe deum ſuperoſq̄ʒ precatur
Et ſupplex manibus cum pedibuſq̄ʒ rogat: — Eccle.iii.
Se putat & proferre preces ex corde benignas: — Math. Vii
Clamando aſſidue:me deus alme iuua: — Luce. Vi.
Vt mea ſtulticiam ſolitam modo pectora linquant:
Et ſapere incipiant:Iupiter alme iuua.
Attamen hic cappam ſtultorum ſemper anhelans — Iuuenalis
Induit:ingratas nam putat eſſe preces: — Perſius

ꝙ non mox uoti compos:deus inſuper illum
Audierit:quia non cuncta petita dedit.
Math. xx. At fatuus plerūq; rogat/ſuperoſq; precatur.
Marci.x. Et neſcit ſtulto quid ſibi corde roget.
Ad Rom. In puteum qui ſponte cadit:tentatq; periclum:
Viii. Seq; in fonte tamen mergier uſq; timet:
Horatius Si clamat/uoceſq; graues emittit in undis.
Clamat io diues iam date prȩſidium:
Nullus erit:reſtes/aut apportare rudentes
Qui uelit:hic merita morte/lueq; cadit.
Empedo. Stultitia Empedocles ſimili cȩcatus:& excors:
Corporis exitium ſponte/necemq; tulit.
Aetnȩos quoniam prȩceps collapſus in ignes:
Stultitiȩ ut faceret morte ſua indicium.
Quiſquis ȩum ardenti fatuum extraxiſſet ab ȩtna:
Hic uitam inuito/ſtultior ipſe daret.
Nempe adeo cȩcatus erat:rationis & expers:
prouer. Tentaſſet rurſus impia fata quidem.
xx Viii. Sic facit ille:deum rogitans nocteſq; dieſq;
Eccle.iii. Debeat in coelum ut ſe trahere uſq; deus:
&.xxx V. Detq; ſibi ſemper uiuatia munera:detq;
Eſaie.i. Fortunam ualidam:det bona magna ſibi.
Qui rogat & neſcit ſupremum rite precari
Luce.xx. Rectorem:uentos ſufflat in ore leues.
Quem tenet intutus ſtatus:& damnoſa uoluptas
Si ruit:ex merito iuſta pericla ferat.

De uia foelicitatis & futura
peccatorum pȩna.

Multi ſtultitiȩ currum/rhedamq;/bigaſq;
Viuentes uitiis criminibuſq; trahunt.
Cumq; ſua reputant tales nece abire labores:
Quadriiugas retrahent poſt ſua fata rotas.



De via fe licitatis.

Sapiētia calli, di ē intelligere uiam ſuam: & prudētia ſtul, torum errans. Eſt uia q̃ uide tur hoī iuſta: nouiſſima aūt eius deducūt ad mortē. Vir inſipiens non cognoſcet. & ſtult⁹ nō intel liget hec. Ne, ſcierūt neq; in tellexerunt. in tenebris am, bulant.

Non ſinit ipſe deus fatuum quemcūq; prophanum
Scire ſuper terram quę nam miracula fecit:
Quotidieq; facit:quapropter pars perit ingens
Stultorum:moritur terreno in corpore ſemper.
Qui moritur uitiis hac in tellure malignis:
Cogitur extremos alibi tolerare dolores.
Noſſe deum qui non uult hic,& diſcere leges
Quas pater omnipotens tribuit mortalibus ęgris:

puer.xiiii.
pſal.lxxxi.&
Sapi.xiii. (xci.
prouer. V.
Eccle.ii.
Eccle.ii.

Ecclesiaſt. Quaſcꝫ ſuper cunctos ſtatuit:iuſſitcꝫ teneri
xii.&.xl. In terra:cunctiſcꝫ dedit/bene uiuere/normam:
Treno.iiii In mundo quēcuncꝫ trahit male ſana uoluptas:
Iniuſtęcꝫ ſuę conſumit tempora uitę:
Is trahit hic currus/molem/curaſcꝫ moleſtas:
Sapie.xix. Cogitur eternas poſt mortem ſoluere poenas:
Perpetuo & tractu cogetur plauſtra mouere.
Virgi.Vi. Ne modo ſtulte uiam quęras quę ducit ad orcum
enei. Et phlegetontęos fluctus/cęcaſcꝫ tenebras:
Seneca. Hęc uia plana quidē eſt/pedibus calcata frequēter:
Math.Vii Eſt aditu facilis:multum penetrabilis:atcꝫ
Innumeros fatuis calles hęc ſemita monſtrat:
Prouer.ii. Plana quidē & trita eſt(fatuos qa facta per oēs)
&.iiii. Hęc habet aſſiduos motus/greſſuſcꝫ frequētes.
Virgilius. Noctes atcꝫ dies patet hec nullūcꝫ refutat
Ecclesiaſt. Qui cupit ad fatuos curſim properare furentes.
xxxii. Foelicitatis iter quod coelum tendit in altum:
Luce.xiii. Et quod prudentes recipit:ſoloſcꝫ beatos:
Eſt nimis anguſtum:patulo nec calle pateſcit:
Nec tritum a multis:qm̄(que maxima turba eſt)
Sapien.V. Gens mala uitat iter:iuſtis ſanctiſcꝫ paratum
pſal.Vi. Mentibus:iniuſtus non has calcabit harenas.
Virtutem poſuit deus ut ſudore paretur:
puer.xiiii Aſt pauci tentant foelices figere greſſus:
&.xV. Ad bona ſupremi regni/nitidamcꝫ cateruam.
Ezech.Vii Inde eſt ꝙ multos orcus capit:ethracꝫ paucos.

Praua maiorum exempla.

Cum pater & genitrix ollas/paritercꝫ matellas
Collidunt:pueri cacabos confringere diſcent.
Fiunt ęquales nati genitoribus:illic
Sunt ubi non caſti ſigna & monumenta pudoris.



Mala exē/ pla parētū.

Virga atq̧ cor rectio tribuit ſapientiā.puer aūt q dimittiᵗ uoluntati ſuę: cōfūdit matrē ſuam.Maxima debeᵗ puero reuerētia.ſi qd turpe paras ne tu pueri con/ tēpſeris ānos. Sed peccaturo obſiſtat tibi fi/ lius īfans.Si dā noſa ſenem iu/ uat alea: ludat & heres. Inſeq tur leuiter filia matris iter.

Grandęui properate ſenes/fatuiq̧ parentes — Prouer.xxix.
In uos nam ſatyrę torqueo tela meę: — Iuuenalis.
Audetis prauos coram matre atq̧ puellis — Vale.li.ii.ca.i.
Effari mores:ridiculumq̧ nefas: — Sapien.iii.
Nunc ueneris nugas:nūc uos dictatis amorem: — Ecclesi.xli.
Et natis teneris:ad mala:ſigna datis. — Eccle.iiii.
Non pudor in uerbis:non eſt reuerentia uitę:
Non decus aut ſpecimen/ingenuuſue nitor: — Ecclesia.x.

Non pueri mores diſcunt:non foemina ſeruat
Signa pudicitię:turpia cuncta ſonant.
Foemina de fatuo carpit mala ſigna marito:
Sectatur proles moribus ipſa patrem.
puer. xix. & .xxix. Non docuit genitor fatuus bene uiuere natum:
Iure igitur natus moribus alter erit.
Iuuenalis. Si ſunt luſores patres:pueri atq; nepotes
Rebus in his prauis ſe ſimilare ſolent.
glo. in.l.q; ſi nolit. ff. de ed.edic Trita etenim ueterum dicunt prouerbia:prauo
Sępe ſolet ſimilis filius eſſe patri.
glo.in c.fi. de con. diſ. V. Ludere fas monachi reputant ſibi:quádo reponit
Abbas taxillos:alea iacta placet.
O mores miſeros:o tempora plena furoris:
Plenaq; ſtultitię:num deus uſq; feret?
Se ſimilem patri natus:ſe filia matri
Reddit:ad exitium ſemina prima fluunt.
Non lupus ullus ouem genuit:nō Tygride ſęua:
Aut uitula aut agnus naſcier uſq; poteſt:
Eſopus in apol. More patris cancer retro ſerpitq;/meatq;.
Sectantur pueri ſic mala ſigna patrum.
Eccle. Vii. Quin & morigeros poſſunt generare parentes
Filiolos:qui ſunt morigeri atq; boni.
Diogenes Cynicus ut puerum temulentum uiderat:inquit:
Ecclesia. xxx Vii. Fili/te genuit ebrius ecce pater.
puer.xxii. Aedibus iccirco propriis:ſic uiuat honeſte
Quiſquis:ne pueris dogmata praua ferat.

De uoluptate corporali.

Simplicitate rudes/ad ſe laſciua uoluptas
Allicit interdum:more ouiumq; necat.
Quoſdam etiam firmo/thaurinos detinet/unco.
Aſt alios uolucri fune/fugaq; ligat.



Uolupta/ tis incõmo da.

Mulier ornatu meretricio pre parata ad deci piẽdas aïas: ir/ retiuit eũ mul/ tis ſermonib⁹. Statim eã ſeq̃t q̃ſi bos ductus ad uictimã: & quaſi ignis la/ ſciuiẽs & igno rans.uelut ſi a/ uis feſtinet ad laqueum:& ne ſcit ꝙ de peri/ culo aïe illius agitur.

Aequiparat ſeſe meretrici blanda uoluptas: Prouer.Vii.
Quę compta in platea ſedet & nudata mamillas: Iuuenalis
Et redimita comas:ſpurcum mercatur amorem: Eccleſia.ix.
Pellicit & molles adſe:blandumq; cubile
Mox reſerat:uilem ſumens de crimine mercem: Ezech.xVi.
Et rogat ut quiſquis ſecum lucretur/iniquis Michę.i.
Delitiis:pariter falſo oblectetur amore. ꝓuer.Vii.
Illius inq; ſinum/nullo moderamine ſtulti.

Eccle. xix. Proſiliunt:ueluti bos uinctus tranſit/& agnus
Ad lanii cultrum:iugulumq; exponit ad ictus.
Accipe ſtulte precor q̄ ſit fugienda uoluptas:
Hiere.xli. Hęc animam damnat:ſtygis & mergit in undis:
Hęc ſenſus lacerat:confundit ſemina mentis:
Contaminatq; malo pręcordia recta ſapore.
puerb. V. Parua uoluptatis quãuis ſint gaudia:longa
Eccleſi.ii. Poena tamen ſequitur/miſero permixta dolore:
Lucę. Viii Deſine delitias mundi ſectarier uſq;:
Non durant:fugiunt mox:& mutantur in horas.
puer. Viii Quiſquis in hoc forſan contemnit gaudia mundo
&.xiii. Vana uoluptatis:nec ſeſe immergit in illas:
Eccleſia. i. Ille ſapit uere:& poſt mortem gaudia coeli:
Ambroſiamq; ſacram guſtabit lege perenni.
Sardana/ Sardanapalus enim/ſpreto uirtutis honore:
palus. Sola uoluptatis celebrabat ſacra/focoſq;:
Iuſti.li.i. Corporis illecebras:ſpurcum & libabat amorem:
Cenſuit ęſſe quidem explendũ preſentibus ipſum
Delitiis animum:quoniam poſt fata uoluptas
Nulla foret:ſtygii eſt hęc nam ſententia ditis.
Michee At pater omnipotens hunc fato ſuſtulit atro:
Vi. Tartareiſq; animam tandem damnauit in undis.
Delitię mundi:quas promit praua uoluptas
puer.xxiii Sunt procul a nobis pulſandę:dira uenena
Eccleſi. V. Ex ipſis manant:& fellis copia magna:
Eccl'. xx V Has igitur fugiat ſapiens:& honeſta ſequatur.

Archana eſſe recondenda.

Qui non in tacito poterit ſecreta tenere
Pectore:& occultum condere corde ſuum:
Eſt fatuus:neſcitq; ſuam compeſcere mentem:
Triſticiam incurrit ſępius inde grauem.



Secreta tacenda.

Quę ſilere me uis: primũ ipſe ſileas. Secretũ mẽtis nunq̃ tu pande maritę. In ſecreto cubiculi tui nõ maledixeris diuiti quia & aues cęli portabũt uocẽ tuã. & q habent pẽnas annũciabunt ſententiam. Amico & inimico noli narrare ſenſũ tuũ: & ſi eſt tibi delictũ noli denudare.

Qui ſecreta ſuę non uult abſcondere mentis: — Sene. de mori.
Vxoriq; ſuę uel cunctis gentibus offert — Iob. xViii.
Quid uelit, & ſtatuat, uel quid conceperit, ipſa — Catho.
Mente: merus fatuus docto reputatur ob omni.
Samſon: qui quondam fuerat fortiſſimus heros: — Iudicũ. xiiii.
Non oculis orbaretur: neç crine ſacrato: — &. xVi.
Secretum mentis ſi non reſciſſet amica.
Amphiareus uates dum fata futura timebat — Stati9 in theba.

Augurii:latuit:thebanaꝗ; prȩlia fugit:
Proditur at tandem proprio de coniugis ore.
Eccleſia.x. Hiſtoriȩ recinunt ueteres/& dogmata priſca:
ꝗ mulier nuſꝗ ſecreti ſit bona cuſtos.
Eccle. xix. Matronis igitur cȩlemus pectora ſemper.
Qui ſua non nouit commiſſa archana tacere:
puer. xxi. Quiꝗ; ad cuncta ſuum pandit ſecreta labellum:
A tali caueat ſapiens ſibi quiſꝗ;/catuſꝗ;.
Horatius in epi. Percunctatorem hũc fugias/quia garrulus ipſe eſt.
De rebus magnis/eſt qui ſe iactitat uſꝗ;:
Prouerbi. xx Viii. Et ꝗ res cunctȩ ſibi ſint in amore ſecundȩ:
Rimari ſi quis uellet tum uerba doloſꝗ;:
Rebus in his cunctis mendacem offenderet ipſum
Ex qua ſtultitia ſapiens intelligit omnis:
ꝗ ſcabrum foueat cuculum/manibuſꝗ; remulcet.
Seneca. Condita ſi mentis cupias archana manere:
Fac mihi ne dicas:quod uix abſcondere poſſim:
Occultumꝗ; tuum ſecreto in pectore cȩles:
Haud aliis pandas:ſed ſis taciturnus ubiꝗ;.
iii.Re.xxi. Si non uxori Iezabel prompſiſſet Achab rex
Verba ſuȩ mentis:Naboth non morte periret.
pue.xx V. Qui geſtant in corde ſuo ſecreta:cati ſint:
Et caueant aliis temere ut non talia pandant:
Sic mage ſecuri:ſemper tutiꝗ; manebunt.
Eſaiȩ. xxiiii. Dixit enim quondam ſancta de gente propheta:
Secretum mentis mihimet ſeruare ſtudebo.

Vxorem ducere propter opes.

Diuitias propter ſolas:non prolis amore:
Vxorem ducens/coniugium ue petens:
Hic patitur merito lites:& iurgia/rixas:
Et pacem/& perdit commoda connubii.



Nubere propter diuitias.

Imperat ergo uiro. Intolerabilius nihil eſt q̃ fęmia diues. Dom⁹ & diuitię dãtur a parẽtibus: a dño autem proprie uxor prudens Tecta iugiter perſtillantia litigioſa mulier. Si uerũ inqras ſacc⁹ nõ uxor amatur.

Aruinam multi quęrunt ſub podice aſelli:
Et cumulant trullas: ſtercora uana petunt:
Vxorem ducunt uetulam dum turpiter Eglen.
ꝙ nũmos habeat/diuitiaſq; leues.
Nulla quies illum recreat: pax nulla fouebit:
Semper habet rixas: litigiumq; frequens:
Nulla uoluptatis ſpectrabunt ocia talem:
Magnarum allexit quem male ſaccus opum.

Iuuenalis
i. ad cor. Vii.
Prouer. xix.

Iuuenalis.
Prouer. xix.

puerb. V. Nullaq́ſ ſperatur proles:dilectio nulla:
in fi. Vnam pacificam uix aget ille diem.
puer.ix. Quin ſibi continuo ſaccus tranſuerberet aures:
Quem propter ſtultus factus/inerſq́ſ fuit.
Eccle. xix. Raro hos fortunę facies comitatur amica:
Qui nūmis nubunt:non ſibi:non pueris.
Ducitur in thalamum funeſta pecunia ſola:
Propter opes trahimus grandia aratra thori.
Iuſticia & doctrina nihil curatur:honeſtas
Nulla:ſed ad cenſum pectora ſtulta ruunt.
Iuuenalis. Nam ſocer in primis:quid enim gener(inqt)in ęre
puer. Vii. Poſſidet/aut nūmis:iugera quanta tenet?
Ecclesi.x. Nec patris aut proaui pbitas/uirtus/uel honeſtas
Queritur:an uulgi ſemine prodierit?
Protinus ad nūmos:de moribus ultima fiet
Iuuenalis. Queſtio:ſic fient nunq̄ in amore pares.
puer.xxi. Inde fit/ut multis deſerta habitare ſeorſum
Plus leue ſit:talis q̄ iuga ferre thori.
Namq́ſ loquax mulier/uerboſa:corpus adurit:
pue.xxV. Atq́ſ animam & uires:membraq́ſ cuncta terit.
Eccl.xxV. Propter opes teneram uendit quicunq́ſ iuuentam:
Mercatur lites & ſine fine dolos.
Huic nihil eſt fidei:nihil & probitatis.ad omne
(Spes modo ſit nūmi)tranſeat ille nephas.
O male prudentes:qui tam connubia ſęua
Eccle.xii. Queritis:& ſeruum tenditis eſſe pecus.

De liuore & inuidia.

Inuidię telum lato torquetur in orbe:
Et ſtatus in terris hac ſine nullus erit:
Odia dira uolant magni per climata mundi:
Necdum Nythardi ſemen abiuit atrox.



Inuidie pꝛoprium.

Qui ſibi inui-
det nihil ē illo
nequiꝰ. & hęc
redditio ē ma
licię illius.neq̃
eſt oculus liui
di. Inuidus al-
terius rebus
marceſſit opi-
mis.Ne come-
das cum hoīe
iuido.& ne de
ſideres cibos
eius. q̃m in ſili
tudinē arioli
& coniectoris
eſtimat quod
ignorat.come
de & bibe di-
cet tibi:& mēs
eiꝰ nō eſt tecū.

Liuor edax:fatuos multos:animoſqꝫ malignos Eccle.xiiii.
Concitat:& ſtultos pungit ſine fine proteruos: Horatiꝰ ī epi.
Naſcitur inuidię telum:quod liuida corda xlVi. d.clericꝰ
Parturit:& multos nuſq̃ ſinit eſſe quietos:
Duceris inuidia:ꝙ ego te poſſideo plus. Saluſtius.
Aut mihi ſunt plures nummi:ſeu maior aceruus puer.xxVIii.
Rerum:uel mihi ꝙ plures redduntur honores. Cicero.
Aes petis atqꝫ meum:quod nullo iure teneres. Eccleſ.xiiii.

Vel quia faſtidis noſtrum & contenis amorem.
Ouidius ii.metha. puer.xxiii Lęthale eſt adeo uulnus liuoris acerbi:
Vt nequeat penitus ſanari/aut rite mederi.
Eſt ea proprietas liuoris ſemper edacis:
Si ſibi conſtituit quenq̄ mordere:quietem
Nullam agitat donec facinus perfecerit illud.
Non ſomnus:non ulla quies:non ulla uoluptas
Eſt adeo dulcis:ſeu delectabilis uſq̄:
Vt poſſit cordis procul extirpare dolores.
Deſcꝑtio Inuidię ex Ouidio. Pallentes ideo fauces:pallentiaq; ora
Sęmper habet liuor:macies in corpore toto
Glauca ſedęt:uiſus toruus:ſquallentiaq; ora
Scintillant:rabidus nec plenis liuor ocellis
Suſpicit in queq̄:furibundo pectore torpet.
Ioſeph Gene.xxxVii Cuius precipuum tibi fert exemplar Ioſeph:
Quem nunq̄ intuiti ſunt recto lumine fratres.
Raro etiam inuidia niſi merſis flumine ridet
Nauibus:aut ſi fors perit ingens copia rerum.
Ecc.xlViii Verum continuo rodat licet inuida corda:
Inuidia:ex proprio ſentit ſua damna dolore.
Alanus Nec quicq̄ niſi ſe ualet ardens ęthna cremare.
Maior & inuidia eſt fraternis cordibus orta.
Lucanus Fraterno primi maduerunt ſanguine muri.
Gene.iiii. Hoc Abel atq; Cayn:hoc Atreus atq; Thyeſtes
Stati⁹ i the Ethiocles cum fratre ſuo:pluresq; docebunt.
i.Petri.ii. Inuidiam iccirco fugias ſapienſq; bonuſq;.

De impatientia correctiōis.

Tibia cui fatuo/tantum ſolatia prębet.
Nec curat cytharam:plectra & amęna lyrę:
Hic propere aſcendat ſtultorum(poſco)carinam:
Et remos celeri concitet ille manu.



Non velle corrigi.

In auribus
inſipiētiuʒ
ne loq̄ris.
q̄a deſpicīt
ēt doctinā
eloq̄i tui.
Muſica in
luctu īpor
tuna nar-
ratio. Cuʒ
dormiēte
loq̄t qui e
narrat ſtul
to ſapiam.
Non patiē
ſtult⁹ ſua
uerba aut
fctā reprē
di.

Stultitię infauſtę certiſſima ſigna uidentur — puer.xxiii
In fatuo. qui non uerbis auſcultat amicis: — Eccle. xxii
Nam ſtolidę illius tanta eſt correctio mentis:
Audire ut nequeat ſapientes digna loquentes.
Cum tamen & prudens: bona quę ſunt iugiter audit — prouer.i.
Et ſapere ut poſſit: ſapientes ſemper honorat: — &.xViii.
Suſcipit: & ſequitur: ſua quo ſapientia creſcat.
Fiſtula ſed fatuo ſolatia dulcia prębet:

puer.x. Nec curat citharę ſonitus:nec barbitos illum
Eccle.xV. Oblectat:fidibus non delectatur amęnis.
Nil magis uſqꝫ placet fatuo:nil dulce uidetur:
pue.xxiiii q̃ baculus criſpus:q̃ ruſtica fiſtula ſtulto.
&.xxVi. Nec ſinit ut quiſq̃ ſibi dogmata ſana miniſtret:
Nec patitur quẽq̃ qui corrigit,aut monet ipſum
Inde fit ut magnum fatuorum creſcat,& ingens
Agmen ubiqꝫ nimis . quid ſis precor improbe ſtulte
Sapie.Vii. Diſce:hominem te ſcis mortalem:ſciſqꝫ caducum:
x.&.xV. De cęno terrę genitum:de ſtercore factum:
ad Ro. Vi Ex cinere,& terra,limo,cęnoqꝫ lutoqꝫ
Compoſitum:at ſenſus tribuit natura ſcientęs.
Eccl̃.xxV. Et data clara quidem ratio eſt:animalia bruta
p̃ſ. cxViii. Qua nobis cędunt:ſed tu pręcordia ſtulta
Qui geris:acceptę rationis munera rumpis.
Ecclesi.iii. Quid tua te nimium iactat funeſta poteſtas?
&.xVii. Quid te nobilitas?facies?quid culta iuuentus?
Tul.in pa. Quid te diuitię molles?quid corporis artus
Eccle.Vii. Extollunt?tibi quę damnũ & nocumenta miniſtrãt.
Iob.ii. Eſt ſapiens ſolus,locupletior omnibus:idem
Iob Fortior & cunctis:hunc audi:illumqꝫ ſequaris.
xxViii. Eſt melius:prudens ſi dure corripiat te:
pſal.xViii. q̃ ſi te fatuus mulcenti arrideat ore.
prouer.i. Quãdoqdẽ hic foelix homo:quiſqs corde pauorẽ
&.Viii. Semper habet:poenas ſemper meditatur acerbas.
Math.xi. Atqꝫ dei ſuffert,primis iuga dulcia ab annis.
&.xxiii.

De fatuis medicis & empericis.

Artem qui medicam tremulis molitur in egris:
Nec tamen indocta ſcit m edicare manu.
Arte carens:uires naturę neſcit,& herbas:
Ludius & fatuus,ridiculuſqꝫ manet.



Medicus indoctus.

Licet medico euētus mortalitatis iputari nõ debeat: ei⁹ tñ iperitia annumeraẽ clpę: ſi ſeruũ malo ſecuerit aut p‑peram ei medicamentũ dederit. Solis igiẽ medicis ipune hoīez occidiſ, ſe fas eſt.

A medico idocto: a cibo bis cocto: & praua muliere: libera nos dñe

Hic etiam noſtrum poterit conſcendere currum
Et mode ſtultigerę carbaſa ferre ratis:
Viſitat empericus quiſquis morbo ue grauatũ:aut
Morte laborantem quem uidet atq; notat:
Atq; ait:expecta donec documenta librorum
Inſpiciam:quo te rite iuuare queam.
Dumq; domum medicus redit:& concepta libelli
Scrutatur:mortis hunc uera fata premunt.


Inſti. de le. ac, qui.iperitia.ff. de re. iu.iperi. xxix.diſ.c.fi. Seneca de clemen.ad Nero. Eccł.x.&.xliiii Prouer.Vi.

Atq̧ animam expirat:ſoluuntur corporis artus:
Sera nimis medici ſtulta medela fuit.
Nituntur plures artem tractare medendi:
Et quorꝫ penitus pectora nil ſapiunt:
Non uoluunt libros:aut quas Podalyrius artes
Inuenit:Meſues nec documenta legunt:
Non Auicenna docet medicos tam dogmata uana:
Nec tales medicos:docte Galene:foues:
Sed ſua in herbarum diſcunt medicamina libro:
Multa ſuperſtitio:dogmata falſa patent.
Et uetulę prauam pręſtant medicaminis uſum.
Quas ſequitur paſſim ſedula turba tamen.
Profitentur enim cunctos ſanare dolores:
Perq̧ horas cunctas/per loca/perq̧ dies.
Et ſua ꝙ puero atq̧ ſeni collyria proſint:
Quod matrem iuuit:proſit idemq̧ ſeni.
Non opus eſt cauſas rerum/atq̧ elementa tueri:
Nature uires hęc medicina premit.
Et morbos uarios una diſſoluit in herba:
Qualem forte ſibi Theſſala ſaga dedit.
O Cucule emplaſtro quis te docet/aut alabaſtro
Ex uno cunctis poſſe preeſſe malis?
Eſt medicus:ueluti indoctus ſolet eſſe patronus
Conſultus/qui non ſcit dare conſilium.
Aut te non medicum dicas:aut diſce mederi:
Aut ſi uis medicus:ſis fatuuſq̧ ſimul.

Eccleſiaſt. xxx Viii. Io.an.de ſen.ex. c. i. li. Vi. Sapien. xii glo.in c.fi. xxix.diſ. Seneca. Cuculus chirurgi/cus. Sapien.i.

De ſęcularis potentię exitu.

Non fuit in terris unq̄ tam magna poteſtas:
Tempore quę fragili non quoq̧ difflueret:
Qui tamen illius dogmata nulla colunt.
Sancta fides cultu nunc flaccida facta pudendo
Vix ſpecimen priſcum continet atq; decus: Hier.xVii
Pontifices ſanctiferias ſtatuere ſolennes: de fer.c.i.
Feſtaq; ſanctorum/ſacrificoſq; dies: & ulti.
In quibus ęterni reſonarent cantica patris: Ce.ti.l.oẽs
In quibus angelicus concineretq; chorus. de con.di.
Sed quia curamus plus uani ludicra mundi: iiii.c.i.
Et plus ſordiduli corporis illecebras: xxxiiii.q.i.
Negligimus fidei ſpecimen:rituſq; decoros: odi.de cõ.
Curamus legum myſtica ſacra nihil. diſ.i.in die



Non obſeruare dies feſtos.

Memēto ut diem ſabbati ſcrifices. Septio ei die eſt ſabbatū dñi dei. Sex diebus opaberis & facies oīa opa tua. Septima dies ſabbati eſt: id eſt requies dñi dei tui Non facies in eo quicq̄ operis &c.

xxiiii. diſ. cum liceat.
xxiii. diſ. his igitur.
xliiii. diſ. nō oportet
Seneca ad lucil. in epiſtola.
x viii. c. placita
xiiii. q. iiii.

In ſacris agimus conuiuia craſſa diebus:
Continuis crapulis coelica feſta madent.
Ocia cum dantur: ferię & mortalibus, illi
Non prece, nec templo: at ebrietate litant.
Antea q̄ feſtis reſeratur porta diebus
Eccleſię: populis uncta taberna ſonat
Ille bibit ſtomacho ieiuno. deuorat alter:
Anteq̄ templi limina ſacra uidet.

Quę non conceſſis uolumus tractare diebus: | De cō. diſ. iii. irreligi/oſa.
In celebri cupimus continuare die.
Dum ſerit in templo fidei pręcepta ſacerdos: | i. Theſ. V.
Aſſum atq; elixum/uinaq; larga glutis. | Act. ii.
Non niſi thuriferas concędis potus ad aras: | eſa. xx Viii
Orando ructas:euomis atq; preces. | Hier. x Vii
Stulte labor manuum ſacris ceſſare diebus | Leui. xx V
Conuenit impoſitis diſce uacare bonis. | Marci. ii.
Sabbata ſanctifices:cecinit tibi pagina chriſti: | Io. ix:
Sepoſitis rebus:hęc ſacra ſola cole.

Largiri & penitere.

Qui dolet & meret propter/quod uertere nequit:
Eſt fatuus:quoniam cura torquetur inani.
Pręterea eſt ſtultus:qui dum largitur amico
Pęnitet:hic donum perdit:meritumq; prophanat.

Quid ſit largiri:quid ſit donare docebo. | glo. i. ca. i. de dona.
Virtus magna quidem eſt:ſi pietate facis. | xxiii. q. Vi. ex his oi/bus.
Mentibus humanis gignit ſolatia lęta
Hęc uirtus. ſi quid dexteritatis habet:
Munera qui placidis manibus largitur amico: | ii. Cori. ix.
Donat & emerito pręmia digna uiro: | Ecclesi. xii
Laudibus egregiis/fama eſt cantandus & acri: | Iob. ulti.
Is uirtutis item nomen habere poteſt. | Ad col. iii.
Ille tamen fatuus:qui cum largitur amico: | ad heb. iiii
Pęnitet hunc miſſi muneris atq; dati. | Eccl. x Viii
Sępe etiam donat hilari non mente bonaq;
Pollor at in facie/triſtitieſq; ſedet:
Atq; datum propter/fatuos euellere crines
Audet:& improperat quę dedit ante/cito: | Eccle. xx.
Munera perdit iners:nam grates ſoluere nemo
Huic cupit:ingrata qui bona mente facit.

Cū tri/ ſti vultu donare.

Da facie lęta: ſine lęticia faciei quod de/deris ꝑdis rē meritū/ ꝗ rei. Hy/larē dato/rem diligit deus. Bea/ti⁹ eſt ſemper dare ꝗ̄ accipere.



Eccl. xxV. Ille tamen peior: pro chriſti qui dat amore:
Pęnitet atqꝫ operis/muneris atqꝫ cito:
Quippe deus fatuo non ſemper pręmia/ mox ue.
Cantico. Tranſmittit: ſapiunt libera dona deo:
Viii. Nam deus omnipotens hominis nſi munera curat
Eccle. xiiii Aſt homini donum penſitat ipſe pii.
puer. iii. Lęticia uultus/inopi qui donat amico:
Eccle. iiii. Largiturqꝫ bonis ex pietate uiris:

Conſequitur laudes:& grates ſemper habebit — Prouer. xxViii.
Optima de grato munera corde fluunt.
Pungimus interea fatuum quoq;: munera ſemper — Seneca de ingratitu.
Qui capit:ingratus attamen uſq; manet.
Spurcidius nihil eſt ingrato:nil quoq; peius: — Tulli⁹ i of.
Hoc uitio rapitur maxima turba nimis. — Sapié.xVi
Vir bonus & ſapiens grato cito donat amico: — Eccle.xxix
At ſtudeat gratas ille referre uices.
Si donare uelis:fluat hoc ex corde benigno: — ii.thim. iii.
Sic dabitur meritis gratia prompta tuis. — Lucę. Vi.

De accidię uitio.

Deſidię uitium toto dominatur in orbe:
Segnitieſq; hominū nunc genus omne premit.
Corpora ſeruorum torpent/fugiuntq; labores:
Somnia agunt uetulę:ſed precium accipiunt.

Torpor ſit q̄uis mentis deſtructio cūctis — Beat⁹tho.
Pernicies:tamen hunc ſedula turba petit. — parte. i.q.
Vnde etiam accidiam uitium pręgrande putamus — lxiii. ar.ii.
Ex cuius gremio proh mala magna fluunt. — &. ii. ii. q.
Quem premit uſq;adeo torpenti in corpore lāguor — xxxV. ar.
Accidię.aut cuius marcida membra iacent: — ii.& in. q.
Deſidiam propter nequeat ꝙ uoluere crura: — de malo.q
Sed patitur laſſos/igne perire pedes: — ii.ar.ii.
Eſt fatuus uecors/& nigro ſtigmate dignus — ꝓuer. Vi.
Pręſtet ut exemplar deſidię uſq; ſuę. — Sapié.xV.
Deſidioſus homo cunctis incōmodus horis — ꝓuer. xV.
Luminibus fumus ceu malus eſſe ſolet. — &.xxVi.
Aſſidue ſolitus flammas ſeruare camini: — ꝓue.xViii
Obſtat enim ſibimet ſolus ubiq; piger. — ꝓuer.x.
Foelix qui iuſto exercet ſua membra labore: — Eccle.x.
Et manibus panem quęritat uſq; ſuis. — ꝓuer.xx.



Accidia.

Sõniferũ ſemẽ ſpargo atq; pa pauer: ut inde Dormiat & deſes dormiat uſq; piger. Vult & non uult piger. aĩa autem opantiũ impinguabiť. Sicut acetũ dẽtib⁹ & fum⁹ oculis: ſic piger his q miſerũt eum. uſq; quo piger dormis: qñ conſurges e ſõno tuo paululũ dormies paululũ dormitabis. & ueniet tibi quaſi uiator egeſtas

Prouer.xxi. & .xxii. — Sed deus hunc punit tormento ſępe cruento
Quem premit aſſidue torpor & accidia.
Iob.V. — Pręmia largitur deus optimus ampla labori
Eccleſi.ii. — Non is manducet quiq; labore caret.
Eccleſi.li. — Accidię uitium metuenda pericula mundo
ii.Theſſa.iii. — Intulit: ad facinus principiumq; dedit.
ii.Reg.xi. — Rex Dauid torpore graui, & cum deſide uita
Factus adulter erat, atq; homicida ſimul

Roma labore uigil/fregit Chartaginis arces: — Augu. de Roma.
Deſidia interiit Roma ſubinde cito:
Poſtq̃ militia & belli ſudore uacabant
Romani:et nuſq̃ bella uel hoſtis erat: — Appianus
Accidia & luxu/robur Romana iuuentus
Perdidit:hoc cecidit inclyta Roma modo
Nam prius externis pugniſq̃ & marte feroci — Oui.in faſ.
Paſcebat fortes bellica Roma uiros.
Sed poſtq̃ luxu fracta eſt:ueneriq̃ parentans
Illecebris/uires perdidit illa ſuas.

De externis & infidelibus fatuis.

Hic poſui externos fatuos/qui nomina geſtant
Stultitię:noſtriſq̃ fidem inſipientibus addunt
q̃uis non digni nobiſcum ſoluere nauem:
Sunt tamen ad ſortem puppis numerumq̃ uocati.

Ecce ſed externi fatui ſub ſellia ponunt — Ecleſi.x.
Vt poſſint pictę nauis habere locum. — ii.Corin.
Inſuper occurrit fatuorum maxima turba: — iiii.& Vi.
Quę pene & terras & freta cuncta tenet. — Sapié.xiiii
Quos ideo externos reputo/quia ſunt procul extra — i.Cori.Vii
Septa dei:& ueram catholicamq̃ fidem. — ii.q.i.mſti
Negligere hos potui: tenebriſq̃ relinquere: qd nam — de diuor.
Ad nos de fatuis quos foris error habet: — gaudem⁹.
Sunt adeo cęci:nullo medicamine poſſunt
Sanari:ut linquant quos coluere deos. — xcii.diſ.
Liberius fuerat gentes tranſire ſilendo — plurimos
Sordifluas:quarum pectora dęmon agit. — xVi.q.i.in
Tantus item numerus:tanta eſt fera turba/cohorſq̃ — canonib⁹.
Stultorum fidei quę ſacra iura negant:
Vt nequeat cunctos parui membrana libelli
Complecti:ſectas eſt meminiſſe ſatis.



De extrane is fatuis.

Generatio hęc
puerſa eſt & in
fideles filii. In/
craſſatꝰ eſt: di/
latatꝰ & recalci
trauit.icraſſatꝰ
impinguatꝰ di
latatꝰ.dereliqt
deũ factorē ſu
um/ & receſſit
a deo ſalutari
ſuo.ꝓuocaue/
rũt eum in diis
alienis & ī abo
minationibus
ad iracundiam
cõcitauerũt.

Thurci
Saracęni
Tartari

Scythę
Bohemi
Moraui

Thurcorum gens prima locum ſtultos tenet inter
Atq; Saraceni: Tartareiq; canes.
Quos Mahumętanę legis tenet impius error:
Aphrica quo tota eſt capta: Aſia atq; potens:
Magna quoq; Europę iũcta eſt modo portio: nauis
Quã modo nr̃a uehit: Sarmaticoſq; Scythas
Secta Bohemorum fidei ludibria tractat:
Et Morauis nolas ſtultitię illa dedit.

Qui merito in prima fatuorum puppe locantur:
Stulti etenim ignaui dogmata falſa colunt.
Pragenſis ſchola precipue/quę fulguris inſtar — Praga
Decidit a ſummo/ſponte ſcienſq̃ gradu.
Cōmemoraſſe uelim cunctos qui dogmata falſa: — Heretici
Ararumq̃ colunt uana miniſteria:
Noſtra quibus ſacra religio/uenerāda fideſq̃ — C.de his q
Cenſetur mendax/falſa/prophana/leuis. — ſibi mor.
Inter eos fatuos memorem quoq̃:mortę cruenta — ↄſci.l.una:
Aut laqueo frangunt:qui ſibi ſponte gulam. — xxiii.q.V.
placuit.

De fidei catholicę/& imperii inclinatiōe.

Vos o chriſticolę proceres/ex corde precamur
Qui manibus ueſtris fidei monumenta tenetis:
Conſilio magno/rerum perpendite caſus.
Et mihi ſtultigeram:quā mōſtro:relinquite mitram.

Dum meditor lapſus:quales reſpublica chriſti — i au.ut iud
Perfert:& fidei damna uerenda ſacrę: — ſine q̃ ſuff.
Innumeris cogor lachrimis propere ora rigare — in p̄n.coll.
Et gemitu ſortem plangere ſępe grauem: — ii.In au.ut
Luctiferis deceat contundere pectora palmis: — diui iuſ.in
Feraliq̃ tuba grande fugare nefas. — prin.coll.
Nemo adeo durus:nemo tam ſaxeus uſq̄: — Viii.
Qui non hos caſus lugeat atq̃ fleat.
Eccleſię uideat cum ſic decreſcere ſedem:
Quandoquidem in lapſu ſacra cathedra iacet.
Roma caput mundi nutat/tremit/atq̃ labeſcit. — Roma de
Debilibus uehitur ſors modo noſtra rotis: — qua Lactā
In miſeroq̃ gra du chriſti reſpublica paſſim — tius.
Fluctuat:& ſubita mobilitate fremit.
Dogmata non ſolum fidei:legeſq̃ ſacratę
Decreſcunt:ſed enim ſanctio quęq̃ ruit.



De reipu/ blice xp̄ia / ne interitu

Omnes uobis dies ac noctes ꝯtigat cū omi lucubratōe & cogitatōe de/ gere ſp/uoléti buſ:ut aliquid utile & placés deo / ſubditis ꝑbeat:& nocti bus ſub ęqua/ litate dieꝝ uti: quo uobis ſub iecti ſub omni quiete ꝯſiſtāt/ ſolicitudine li berati:nec ceſ/ ſare inquirere ſi quid ſit &c.

Cauſa deſtru/ ctionis fidei.

In culpa proceres ſunt:& torpentia corda
Regum:qui manibus bellica tela gerunt.
Hi fidei q̄uis clypeum:ſceptrum:armaq; portant
Lumine ſed patulo/triſtia fata uident.
Nemo rapit galeam:nemo iam claſſica pulſat:
Magnanimo nullus pectore ſigna gerit.
Vt modo romanam defendat marte parentem:
Nauiculam Petri uentus & unda quatit.

Math. Viii.

Vna fides chriſti toto uenerabilis ęuo
Quę potis eſt cunctos ſanctificare uiros:
Nunc titubat:lapſumq; timet:ſubitamq; ruinam:
Et caſus metuit pręcipitanda truces.
Arma parant contra/peruerſę Martia gentes
Eccleſiam:tumido quę tremit acta freto.
Vix tenet illęſam chriſti reſpublica ſedem:
Cladibus at tandem:mox quoq;/laſſa ruet.
Impugnat Thurcus/Scythicis primũ ortus ab oris Thurcus
Eccleſiam Petri/dilaceratq; fidem.
Impia iura dedit Mahumętus pſeudo prophera Mahumę
Gentibus immodicis legifer ille fuit: tus.
Pęſtiferas totum ſectas diffudit in orbem:
Atq; Arabis primum dogmata falſa dedit: Arabia
Inde Aſiam inuertit maiorem:Africq; ſequuti Aſia
In ſua iurarunt impia uerba uiri. Affrica
Soldanũ Aegypti/Mauroſq;/& Thartara regna
Et cladem fidei/Thurcum habet ille/ſacrę: Thurcus
Qui Geticis niuibus quondam cõtentus:& aruis ex caſpiis
Sarmaticis:pontum nunc habet Ionium. mõtibus.
Boſphorus at Thracię:ſeptẽ quoq; regna Trionis Boſphor⁹
Nec fuerant Thurco regna paterna ſatis: Thratię
Perdidimus Lybię gentes:Aſiamq; minorem. Lybia
Quę quondam coluit dogmata ſancta patrum Aſia mior
Europę multos populos ãmiſimus e heu.
Hungarus atroces ſenſit adeſſe manus. Hungaria
Dalmata mortiferos inſultus ſępe/cruento Dalmatia.
Marte tulit:Thurcos diſpulit atq; truces:
Raro ſed auxilium chriſti de milite ſenſit:
Deſerimus fidei culmina ſponte ſacrę.
Heu nichil accreſcit nobis:ſed cuncta labaſcunt.
Decreſcit uirtus:marcet ubiq; fides.
Triſtibus in lachrimis quis non hoc flebile fatum Here.ix.
Plangat:cęſariem dilanietq; ſuam: Treno.ii.

Gręcia. Perdidimus Graios:fidei quos dogmata noſtrę
Thracia. Continuere diu:perdidimuſq; Thraces:
macedoia Sub iuga Thurcorum Macedon trãſiuit : Achiuus.
Achaia. Ceruicem pariter ad iuga dira dedit.
Theſſalia. Perdidimus Spartam:Thebaſq;/& Theſſala tempe
Myſia. Nos Myſias nuper perdidimuſq; duas.
Cõſtanti/ Gallata nũc ſeruit:noua Romaq; cęſare digna
nopolis. Imperium amiſit/cum Trapezonte/ſuum.
Trapezos Quid iuuat innumeras chartis memorare ruinas:
Chriſticolis pudor eſt ſic cecidiſſe fidem.
Oia Thurcus habet:nec enim eſt contentus in illis
Iſtria. Quę male poſſedit:nos quoq; habere cupit.
Pannonia Non ſatis Iſtricolas/Styrioſq;/& Pannona rura
Illyria. Tutari a Thurco gens modo noſtra ualet.
Apulia. Illirici trepidant:inſultus appula rura
Italia. Thurcorum metuunt:Itala terra tremit.
Sicilia. Vix ſe defendet fumantibus ethna cauernis:
Enceladi ceruix ſentiet illud onus.
danubius. Iſter & indomita Suęuorum ab origine natus:
Thurcorum metuit nunc tolerare iugum.
Rhodos. Sãcta Rhodos defende fidem:mahumetica ſacra
Dirrue:ſaluificam contueare crucem:
Baiazit Bagiazit princeps:ſua gens quem nomine diro
Ildrimi. Ildrimi uocitant:arma ſeuera parat.
Horriferis bellis noſtras contendit in oras:
Et properat ſanctam uertere ubiq; fidem.
Percitus eſt furiis:facies pręcincta colubris
Eumenidum:cordi bacchicus ardor ineſt:
Sanguine chriſticolas laceratq;:& morte cruenta
Afficit/abducit:carcerat/interimit.
Eſaię.lVi. Iſta ſitis Thurci ſatiatur ſanguine nullo:
Eccleſ. xii. Marte fores pulſat chriſticolumq; lares:
Roma. Roma decus fidei:Petri ſanctiſſima ſedes
Ni caueas:lacera fronte capiſtra geres.

Euomit en rabiem toruam hęc Acherontia ſecta:
Et furit:ut laniet teq̧/ſacramq̧ fidem.
Heu lupus innocuum paſſim conſumit ouile. xliii. dil. ſis
Et uorat inſontes diſſipat atq̧ uiros: rector. &
Diripit infantes.matres caſtaſq̧ parentes c.epheſus.
Enecat:imberbes cum ſenibuſq̧ rapit.
Torpor habet mentes noſtras:pręcordia marcent
Perpetuuſq̧ premit pectora noſtra ſopor.
Nos apud indomiti lex eſt & copia Martis:
Sunt & magnanimi/ſigniferiq̧ duces:
Sunt uires animi:ſunt & conamina belli:
Conſilium prudens:ingeniumq̧ ferax:
At tamen immanes patimur procędere Thurcos:
Perdimus & noſtro crimine ſponte fidem.
Dormitant reges/proceres:palinurus in undis c.q̃uis de
Mortiferis recubat/qui caput orbis habet: reg.iu.i au
Dormitat nunc Petre tuę ditiſſima ſedis Pſal.lxx V
Turba:patet Thurco dilanianda fides. Naũ.iii.
Nemo uetat ſęuire trucem/per regna/per urbes/ Eſaię.li.
Hoſtem:ſponte ſua quiſq̧ perire cupit.
Europę magnam partem perfregit/habetq̧:
Extenuat noſtram uictor ubiq̧ fidem.
Thurcorum rabiem iam crimina noſtra merent: Oui.& in
Ob ſcelus atq̧ nefas poena luenda uenit. phe.greg.
Diuitias colimus:nummis componimus aras: Eccle. xiiii
Exulat & uirtus:exulat alma fides: Ioh.xix. c.
Auri ſacra fames:rerum quoq̧ uana libido: iter q̃ttu/
In poenas meritas pectora noſtra trahunt. or de ma.
Coelica pulſa quidem terras aſtręa reliquit: & ob. c.ni
Et partem imperii nunc ſibi quiſq̧ rapit. mis d̓ p̃ui.
Olim Roma potens:patres/fideiq̧ ſorores Hieroſo/
Quattuor elegit:cum quibus eſſet honor: lyma.
Sacratas ſolymas:urbem a nomine dictam Alexãdria
Fortis Alexandri:ſedem etiam Antiochi: antiochia

Conſtāti/	Quarta ſoror Conſtantis erat noua Roma:ſed oēs
nopolis.	Has premit imperio turba nefanda ſuo.
	Gentiles iterum ſecte:pſeudoq; prophetę
	Exurgunt noſtram contaminare fidem.
Cauſe de/	Nemo uetat:rigidis ſunt pectora noſtra tenebris
ſolationis	Subruta:chriſticole lumina cęca gerunt.
fidei.	Hos merito lapſus ob crimina noſtra ſeueros
Leui.xxVI	Nunc patimur:chriſtus denegat auxilium.
Prouerbi.	Maior in immani nunc eſt reuerentia thurco:
xxViii.	Maiori cultu dogmata falſa colit:
	q̃ nos chriſticolę legemq; fidemq; beatam.
	Foedera rupta cadunt:pax quoq; nulla malis.
	Impietas:uſura placet:ſpoliumq; bonorum:
	In ciuem ciuis:filius inq; patrem.
	Quilibet alterius gliſcit contingere terras:
	Eiicit atq; alium/ſede locoq; ſuo.
ꝓuer.xVii	Chriſticolas proceres uexat cōcordia diſcors.
Hiere. xV	Priuata utilitas uertit ubiq; fidem.
	Mirandum iccirco non eſt ſi perdimus urbes
	Innumeras:terras/regna uetuſta ſimul.
	Nil reſtat:thurcus martem mox ducet in oras
	Noſtras:nil thurcum claſſica noſtra uetant.
Romane	Porta patet:uia facta palam:Roma inclita Roma
urbis prin	Vix tandem euades:ſęua procella uenit.
cipia.	Condidit initio te rex:te conſul adauxit:
Hier.xxxi.	Mox tetigit ſummos uertice Roma deos.
ad he. Viii	Cęſareis tandem ſceptris ſubiecta:ſed inde
Exhorta°	Libera facta nimis:mox quoq; ſcęptra feres.
Cōcordia	Nemo uetat:minuitq; fidem iam noxia culpa
parue res	Noſtrorum ſcelerum:conſcia pęna ſubeſt.
creſcūt.diſ	O proceres latii:tuq; o Germania fortis:
cordia ma	Vos rigidi Galli:Pannoniuſq; ferox:
xime dila/	Et tu papa ſacer:Chriſti defendite nomen:
buntur.	Bellica uictrici ſtringite tela manu.

Inter uos pietas:ſit pax/conſtantia/firma
  Sacra fides:nexu perpetuatus amor: Saluſtius
Vnus & aſſenſus:concordia fida:manuſq;
  Iuncta ſit:arripiat quilibet arma cito.
Poſſumus e noſtris procul hinc expellere Thurcum
  Finibus:& chriſti ſic ſtabilire fidem.
Spes quoq; adeſt noſtris firmiſſima gentibus una
  ꝙ ſceptrum imperii Maxmilianus habet: Maximili/
Afflictis poterit ſolus ſuccurrere rebus: anus impe
  Et ſolymas propria nunc reparare manu. rator ſctiſ
Viribus Alcidem ſuperat:pręcellit Achillem: ſimi roāni
  Cęſaris/hoc uno eſt principe:fama minor. imperii.
Nil mihi Pompeius magnus:nil Silla:Camillus
  Laudandi:mea laus Maxmilianus erit:
Cęſareo dignus princeps diademate:ſedem
  Eccleſię firmet:imperiiq; ſacri.
Victrices aquilas:uictricia ſigna per orbem
  Conſtituet:Thurci diſſipet atq; minas:
Mox ſolymas:ſignumq; crucis:tumulūq; ſacratum
  Reſtituet:regi cęlica turba fauet.
Sed uos Germanos proceres/genteſq; potentes Apoſtro/
  Admoneo:precibus inuigilate meis. pha ad ger
Quādoquidem latii dominos dormire uidemus: manos.
  Auſonidum torpent membraq; laſſa ducum.
Dormitant Siculi reges:galluſq; ſuperbus:
  Eccleſię dormit negligit atq; cohors.
Cūcta uidemus enim/ſcimus quoq;/poſſumus atq;:
  Nec uolumus:cunctos ſponte perire iuuat.
Ergo per immanes ducatis claſſica gentes:
  Addite Tarpeio corpora uicta iugo.
En aderit uobis pręſenti numine chriſtus; Apo.x Vii
  Coeleſti franget impia caſtra manu. Maximili/
Maxmilianus adeſt:quo maior tempore nullo anus Rex
  Rex fuit:a digno ſtemmate ſceptra gerens. romanoꝝ

Inuideat quicū̄q; uelit:non iuſtior illo
Principe:non heros clarior ullus eo:
Cęſareum profert uultum:in ceruice niteſcit
Maieſtas:mores nobilitatis habet:
Fraudibus attentat nihil hic:nihil ille doloſum
Concipit:at plano tramite uita meat:
Hunc non inſani faſtus:ſed candida uirtus
Eleuat:hic ſolus foedera pacis amat.
Hoc duce creſcet honos terris:hoc principe ſancto
Poſſumus in tuta pace manere diu.
Liuida corda cadent:quę nutu ſępe ſuperbo
Impediunt regem/conſiliumq; bonum.
Exitus hos tandem triſtes.tormenta manebunt
Et ſua:qui cupiunt per ſcelus arma ſequi.
Nullus in orbe uiget princeps qui cęſare noſtro
Sit melior.iuſſis ſeruiat ergo ſuis
Quilibet:& capitis mandata fidelia ſacri
Perferat:& domino ſeruiat uſq; ſuo.
Hoc duce Sarmaticas gentes ſuperabimus:atq;
Euximum pelagus:hiſtonioſq; lares.

De aſſentatoribus & paraſytis.

Subdolū equum quiſquis manibus palpare putabit
Lambere uel diſcos:blanditq; potentibus.ille
Aſſentator ut eſt:ſequitur ſic atria regum:&
puer. xxix Nobilium menſas:agit & fatuum paraſytum.
Bea.tho.ii
ii.q.cxV.
glo.xxV.
diſ. c.unū.
Teren.in
enu.
xlVi.di. ec
ce quare.

Melior his etiam fatuis adiungere claſſem
Per mare qua uehitur aulica turba procul:
Hęc etenim propriam cupiens cō̄ſcēdere puppim
Roſtratę dedimus uela cupita ratis.
Nobilium ſerui cupiunt ſulcare ſeorſum:
In turba nequeunt continuare dolos.



De aſſenta toribus.

Princeps qui libenter audit uerba mẽdacii oẽs miniſtros habet impios. Sunt qui ſe primos oim rerũ eſſe uolũt: nec ſũt. hos conſector ſimul qcq̃ dicũt laudo. id rurſus ſi negãt: laudo. poſtremo imperaui egomet mihi oia aſſentari. is queſt⁹ nũc eſt multo uberi⁹. hoc nomen ẽ aucupium

Doctus adulator ſolus cupit eſſe, potenti
Cum domino: & ſolus noſcere cuncta cupit.
His igitur fatuis lembum hunc cõſtruximus amplũ:
Ne fraudis caperent impedimenta ſuę.
Aſſentatores paſcit nunc curia regum:
Primus apud dominũ quilibet eſſe cupit.
Alter enim tacitum uirus, falſoſq; ſuſurros
Auribus infundit: illecebraſq; ſerit.

Horati⁹ in epi.
Leuitici. xix.
Eccle. Vii.
xliiii. diſ. c. ul.
puer. xx Vi.

Alter ab excultis/ſparſas/ſcit uellere plumas
i.Theſſa.ii. Veſtibus:& domino complacuiſſe ſuo.
Eccleſi.xxViii. Eſt alius mulcens ſermonem mente doloſa
Prolatum:& fraudem miſcet ubiq; ſuam.
Iuuenalis Dulcibus eloquiis/& uano murmure/ſtultus
ff. de her. inſti. Palpat herum:ut citius uera relata putet.
l.captatorias. Delectat multos aliena uiuere quadra:
lxxxiii.di. nihil Diuitis uncta quibus nempe culina ſapit.
xi.q.iii.nemo Efficiunt plures mendatia ſordida dites:
perit. Quiſquis adulator primus in arce ſedet:
Eccle.xxi. Doctus & ad flatus uentorum obducere pallam:
glo.in l.i.C.ſi Scit quoq; ſe cunctis aſſimilare dolis.
q aliquē teſ.p Iam datur inſignis locus his:qui uocē bilingui
Ad Roma.i. Per patulas aures ſpargere uerba ſciunt.
Pſal.xl. Multi aſſentando pręconia clara merentur:
Eccleſi.xii. Nam domini ingentes fallier uſq; uolunt.
xlVi.diſt.ſunt Nemo iam gratus:niſi qui proferre ſuſurros
nōnulli de his Occultos didicit:& noua multa loqui.
quę ſi.a.ma.p. Sed quia peccatum comitatur noxia poena:
c.quęſiuit.& Calcitrat hos tādem fraus ſua/& ungula equi.
in glo.

De delatoribus & obloquutoribus.

Hic animum leuitatis habet/qui credere uerbis
Omnibus uſq; ſolet:patulaſq; accomodat aures.
Nam nebulo mēdax: balatro quoq;/perfida fundūt
Verba:parant hominū lites plerūq; moleſtas.

xi.q.iii.non Vix ego pręſentes fatuos ad tranſtra uocaſſem
ſolū.xxx.q.V. Si uicina ratis non petiiſſet eos:
nullū.glo.pe. Hoc genus indignum primam nunc occupat arcem
xVi.q.ii.c.i. In mundo:quoniam credula uerba canunt.
lxxxVi.diſ.ſi Sed tamen eſt fatuus:facili qui concipit aure
quid Quicquid multiloqui prodit ab ore uiri.
Eccleſi.xix.



Facile credere.

Nimia facilitas credēdi uitupe-ratur. Nō ſolū ille reus eſt qui falſū de alio ꝓfert: ſed etiā is ꝗ aurē cito criminibꝰ prebet. Nullū añ uerā iuſtāqꝫ ꝓbatio nē iudicare aut damnare debemus. Mala itaqꝫ audita nullū moueant: aut paſſim dicta abſqꝫ certa ꝓbatōe qſq̃ unq̃ credat: ſed āte audita diligenter inquirat.

Stultitię ſignum craſſo de pectore profert:
 Auriculę cuius ad mala uerba patent.
Stultus enim patulas uerbis accōmodat aures: Heſter.xVi.
 At ſapiens ſtulti ſubdola uerba fugit. ꝓuer.xiiii.
Magnanimus non eſt alium qui uerbere duro Ioſue.Vi.
 Percutit a tergo: nec monitum ante: ferit.
Hic etenim incautus/neſcit ſibi ferre ſalubrę ꝓuer.xxiiii.
 Pręſidium: in dorſo nam quia uulnus habet

Dulce magiſterium eſt uerbis nunc prodere falſis:
Et iuſtum inſidiis deprimere ore uirum.
Hoc uitium quicunq; cupit tractare:prophanus
Proditor:iniuſtus & maleſanus erit.
Eclſiec. xx Viii. i fi. — Delatoris enim fugiat mendatia/quiſquis
Viuere perpetua cum probitate uolet.
ii. Theſ. ii. — Lingua nocens tacitis pręcordia caſta uenenis
pue. x Viii — Inficit:& tremuli conterit oſſa uiri.
Eccle. xiii. — Hoc uitio abſentis/parti turbantur honores:
Sapien. ii. — Hoc uitio ſiquidem crimina multa fluunt.
Eccl. x Viii — Heu ſuper alterius cauſam ſententia fertur
puer. xxix — Sępius iniuſte:lex quoq; falſa nocet.
Accuſatus enim falſo:non ante citatus
Tutari cauſam quomodo rite poteſt:
Heſter. iii. — Hoc Mardochęum uitio/olim perfidus Aman
miphibo/ — Detulit:at tandem premia digna tulit..
ſeth. — Credulitas natum Saulis pulſauerat olim:
Reg. x Vi — Nam delatoris crediderat uitio.
i. Mach. x. — Magnus Alexander faciles non prebuit aures
eſa. xx Viii — Verbis:credulitas nam celerata nocet.

De falſariis & frudulentia.

Alchimia docet fallax:corruptio uini &:
Quas fraudes hominũ perfidus orbis agat.
Omnibus in rebus fraudis falſiq;/doliq;:
Cuncta ſcatent uitio:tuta nec ulla fides.

Cõtra Al/chimiſtas. uide tex. i c. epi circa fi. xx Vi. q. V.

Iam niſi centenas tribuant in carmine uoces
Caſtalię:totidem linguas:uireſq; potentes:
Dictandi:nequeam falſos componere ſtultos.
Copia magna quidem eſt illorum:magna caterua.
Inde opus eſt ratibus/plures ſuperaddere claſſes:



De falſari/ is rerū oīm

Valeant alchi/ miſtę:qm̄ ſpés rerū trāſmuta/ ri nō pn̄t. Quiſ qs ergo credit poſſe fieri ali/ quā creaturam aut ī meliꝰ: aut in deteriꝰ īmu/ tari/ aut tranſ/ formari in aliā ſpeciē uel in ali am ſimilitudi/ nē: niſi ab ipſo creatore q oia fecit et p quem oia facta ſūt: p culdubio infi/ delis ē & paga no deterior.

Vt per longinquas ſulcent me remige terras:
Et ſpargant paſſim merces/fraudeſq dolоſas.
Sed genus eſt uarium quod fraudibus inficit orbē:
Falſus amor fallit multorum credula corda:
Nempe latens geſtat/ſub lingua ſępe uenenum.
Falſi etiam & ficti nunc inueniuntur amici:
Fraudibus immixtis qui dulcia quęq loquuntur:
Quę longe a uero & ſincero pectore diſtant.

puer.xi.& xxix.
Eccleſia.Vi.
Eccleſi.xxxVii

puer.xij. Conſilium falſum largitur pręmia multis:
Eccle. Viii Decipiunt multos ſimulata & credula uerba.
&. xxx Vii Nemo cõmunes res curat:publica facta
Marcent:in propria & mentimur cõmoda paſſim.
Ouidius Germanus fratrem:fallit natuſq; parentem:
Aut fraudare cupit:nullum eſt iam pignus amoris
Religio falſos cultores ſuſtinet:atq;
Math. Vii Clericus & monachi hipocriſi/falſiſq; laborant.
Mentibus:exterius redolent: ſed ſub cute quid non?
Atq; lupi plures ouium nunc uellera portant.
Ezech. xiii Simplicitas extra fulget:ſub pectore uulpis.
Lucę.xiii. Contaminat totum & nunc falſa pecunia mundum:
pue.x Viii Argentum minuunt:miſcent quodcunq; metallum:
Auri confundunt ſpeciem:gemmaſq; doloſas
Hieremię Pro ueris uendunt:nũmus ſua pondera neſcit.
V.&. Vii. Eſt fraus in numero:menſura/& pondere rerum:
Ecclesi. In uino fraus eſt:merx eſt nunc omnis iniqua.
xx Vii. Nulla fides hominum:fraudes ſibi quiſq; latentes
Virgilius Tractat:& in rebus fallatia nomina quęrit.
iiii.enu. Foelix ille quidem eſt:qui fraudes effugit omnes:
puer.xx. Pauci inq̃ fidi nunc ſunt:minimiq; fideles.

De antichriſto.

Deutr.xiii Iam nauem celeri curſu pręmiſimus altam:
xx Vi. q. V Qua uehitur tacitis fraudibus acta cohors.
in fi. Nauis adhuc plures circum ſubſellia currunt
Stulti:qui cupiunt ſoluere uela manu:
Qui ſint:& quales/q̃ plures forte requiris:
Quos coner meritis dilacerare notis?
Pace loquar:ne fors uerborum turba malorum
In teneram pergat tendere tela ratem:
Mat.xxiiii Chriſticolas falſos refero:pſeudoq; prophetas
Marci. xiii Qui chriſti/falſo pectore/ſacra colunt.


Anti, christus
Nauis ſancti petri.

	Quiqꝫ aliter ſacras leges & dogmata uerſant
ix.diſ. ego	q̄ textus planus edocet atqꝫ ſonat:
c.ſi ad ſa/	Clauigeri petri nauem/laceroſqꝫ rudentes
cros.	Frangunt:remigium dilaniantqꝫ ſacrum.
xxiiii.q.iii.	Fluctuat ergo ratis tumidas agitata per undas:
hereſis.	Inuaſtoqꝫ freto naufraga uela iacent.
Act.xx Vii	Interpres falſus:leges/& pſeudo propheta
ꝓuer.xxx.	Diuinas uiolant:contaminantqꝫ fidem.
Marci.iiii.	Nec ſeſe tantum falſis erroribus implent:
math.Viii	Nec propriam in faciem dogmata ſpurca uomūt:
Hiero.i ꝓ	Decipiunt alios:& legum ſemina ſpargunt
logo bibl.	Paſſim:ſed tales noxia poena manet.
xxx Vii.di.	Sunt nobis fidei lepido monimenta nitore
relatum	Pręſtita:quę mentes ſaluificare queunt:
Apoca.xx	Planaqꝫ ſunt:uerbis non interfuſa doloſis:
ii.thim.iii.	Non fraudes:legum pagina ſacra:tenet.
ix.diſ.quis	Multorum mentes trahit at nunc ambitioſi
neſciat.	Conſuetudo mali:nominis atqꝫ labor:
ii.Petri.iii.	Quos & doctrinę premit arrogantia partę
Hie.xxiii.	Obſcurant hominū pectora nuda malis.
Mich.iii.	Scripturas ſacras aliter q̄ ſpiritus illas
xlVi.diſ.	Depromit/recitant:gloria uexat eos.
hoc hꝫ.	Nonne ſatis fuerat te intellexiſſe ſacratas
xxiiii.q.iii.	Leges:atqꝫ alios ſic ſuperaſſe uiros?
here.xxx/	Concupis at cultus diuinos/more ſiniſtro
Vii.diſt.c.	Voluere:mutatur(te duce)noſtra fides.
relatū &	Spiritus ętherea quondam dimiſſus ab arce
c.uino.	Protulit ad noſtros hęc documenta patres.
xxiiii.q.i.	Hi falſam trutinam manibus geſtare uidentur:
nō affera/	Dogmata qui falſo ſacra docere ſolent.
mus.	Hoc leue nunc faciunt:nunc illud pondere magno
	Penſant:ſic ſacram uoluimus uſqꝫ fidem.
Ezech.ii.	Qui ſic defraudant fidei pia dogmata noſtrę:
	Nunc Antichriſto pręuia caſtra locant.

Theſauroſq₃ parant:quibus inſatiabilis error
  Ad ſe prauorum pectora uicta trahat.
Conuolitant multi/Antichriſti ſigna ferentes: i.Ioh.i.
  Qui tentent ſacram contaminare fidem.
Qui falſas etiam ſecum diſpergere leges
  Per mundum properent:falſidicoſq₃ deos.
Hi neq₃ uerberibus tracti/ſęuis ue flagellis:
  Sponte ſua illius quiſq₃ ſatelles erit.
Abducet fatuos funeſta pecunia multos: Eccle.x.
  Quos antichriſti libera dona trahent.
Adq₃ miniſterium plures mercabitur ille:
  Tam foedum nummis:fraudibus atq₃ malis.
Sed non durabit longęuo tempore claſſis Apoc.xiii.
  Illa:ſed in tumidis fluctibus acta ruet.
Corruet:& cantus rhedarum/& plauſtra quieſcent:
  Et ueri remanet lex/& honeſta fides.
Nauiculam petri tempeſtas turbida iactat: Marci.iiii.
  Et quatit extructam dira procella ratem:
Iam titubat malus:titubant quoq₃ carbaſa celſa:
  Ne ruat/exitio puppis operta graui:
Scripturas ſacras interq₃ pretamur iniquo
  Dogmate:ueridicam mergimus uſq₃ fidem. i.Iohan.i.
Ipſe Antichriſtus ſpacioſum miſit in orbem Eccle.ii.
  Curſores celeres:qui ſibi caſtra locent. ii.Iohan.i.
Et falſos fidei cultus:& ſemina ſpargant
  Pręuia:per gentes/chriſticolaſq₃ uiros.
Id quod pręſenti uolumus ſermone notare:
  Nam tria ſunt:fulta eſt in quibus alma fides:
Gratia pontificis quę ſacro funditur ore: Inno. in.c.
  Que tamen ad nihilum/ſpreta/redacta iacet. ꝙ autē. de
Copia librorum:qui falſo interprete marcent: pe.& re.&
  Atq₃ bono legis expoſitore carent. i cle.fi.e.ti.
Sunt & doctrinę:quibus & nunc gloria nulla Eccle.xVi
  Preſtatur:tenebras diſcimus uſq₃ meras. puer.xVi

xciii. di. legi⁹. Copia librorum totum eſt iam ſparſa per orbem:
Pauperis & libros bibliotheca tenet.
Nemo tamen ueri ſinceras diligit artes:
Dogmata nemo colit nunc/niſi ſolus inops.
Prouer. xxiiii. Nobilibus pudor eſt doctos uerſare libellos.
Eccleſiaſt. ii. Heu laceris Pallas męret ubiq; comis.
Gloria nulla datur ſtudioſis:pręmia nulla:
Hiere. xiiii. Incaſſum ſtudii perditur uſq; labor.
Eccle. Vii. Tempus adeſt:uenit tempus quo pſeudo prophetę
Ezech. Vii. Omnia ſubuertent:tempora praua patent.

Veritatem obticere.

Quiſquis amore/metu/precio:atq; fauore/minis ue
Non loquitur uerum:ſed bene facta ſilet:
Qui populo ut placeat:ſupplantat uera palato:
Hic Antichriſti/curſor/amicus erit.

xxx Viii. diſt. ſedulo.
Pſal. xxx V. Eſt animus multis ſincerus:menſq; parata
prouer. xii. Vt poſſint leges chriſti uerumq; fateri:
Eccle. xii. Blanditiis tamen hi:uerboq; aliquando minaci
Math. x. Terrentur:linquuntq; ſacri conamina ueri.
xi. q. iii. qs me/ Non recte ſapiunt qui ueri dogmata:amore
tu. xl. d. ſi papa Abſcondunt:trepidantq; minas.terrena poteſtas
xliii. d ſit rctor Eſt minor ethereis rebus/iuſſuq; deorum.
Actuū. x. Ingenii dotes tribuit cui rector olympi/
xxiiii. q̄ſti. iii. Infuditq; animum:cur docta mente uacillat:
tranſferunt. Et trepidus ueri metuit prędicere leges:
Ecc. iiii. & xix. Sed quia blanditię multorum pectora ſoluunt:
xi. q. iii. nemo. Donaq; miſſa uetant uerum quandoq; fateri:
xxii. q. ii. ne Propterea fatuus compreſſo ſępe labello
quis arbitre. In populum ceſſat tranſfundere dogmata ueri:
Virgilius de Sed ſapiens(qualem depinxit muſa Maronis)
uiro bono.



Tacere ve/ritatem.

Doctrina ſua noſcit̃ uir.q ãt uanꝰ & excors eſt: patebit cõ tẽptui.labium ueritatis firmũ erit ĩ ꝑpetuũ. Qui ꝑ timorẽ occl̃at uerita tem:prouocat in ſe iram dei. Meliꝰ eſt eni ꝓ ueritate ſup/plicium pati:q̃ bñficiũ hr̃e ꝓ falſitate. Qui confitebit̃ me corã hoibus: confitebor & ego eũ coram patre meo.

Impauidus fortiſqꝫ bonum/& prȩdicere uerum
Audet:& humani generis trutinare furores.
q̃uis in Siculo crucientur corpora tauro:
Ceruicemqꝫ ſuper prȩceps dependeat enſis.
Nam uere ſapiens non uana pericula mortis
Horret:at in fixo ſtabiliuit limite uitam.
Non iſtum dominus:non uerba minãtia terrent.
Sed chriſti leges infracto pectore promit.

Iuuenalis de thauro phala Dioniſius.

Thobie.iiii.
prouer.xii.

Iohannes. Vitabat populi curſus/& uana Iohannes
Murmura:ſeceſſus animi quęrebat honeſtos.
xxV. q.ix. Hinc deus ad baptiſma ſuum deſcendit in undas
ca.ſi. Blandidulis uerbis alium qui corrigit:unde
puer.ix. Exemplum capiat ultę/normamq; ſalubrem:
Eccle.Vii. Si te non audit:ſi uultu forte minaci
Eccleſiaſt. Aſpicit:at tempus ueniet quo ſoluere grates
xxxVii. Dignetur:laudeſq; tibi & benefacta rependet.
Eccle.xxi. Mundanas propter qui res/abſcondere uerum
Hiere.li. Tentat:& ęternis pręponit cōmoda rebus
Corporea:hic tenebris morietur ſtultus in atris.

Retractio a bono.

Qui uult eſſe ueritatis
Cultor & beatitatis
Semper hic aduerſitatis
Sentiet obſtacula.

Mat.xVi. Eſt merus hic fatuus/ſtolido quoq; ſanguie plenus
marci.Viii Impediens iuſtos a bonitate uiros.
pue.xxiiii Eſt aliquis tentans mores componere rectos
AdRo.i. Et uitam ſacris fortificare bonis:
Pſalmo Tu tamen hūc retrahis manibus petulantibus:atq;
xxxVi. Propoſitum tentans contaminare bonum:
puer.xiiii. In promptu ratio eſt:ſimiles ſibi poſcit habere
Eccle.xiii. Et numero plures/ſtultus & improbulus.
Perſequitur fatuus/dignos/iuſtoſq; bonoſq;:
Eccle.xx. Odit & egregios:deteriora placent.
Eſt ſtudium fatui:multos ut contrahat ad ſe:
Ne ſolus fatui nomen inane gerat.
Conſilium prębet falſum:manibus pedibuſq;
Allicit:& ſanos impedit uſq; uiros:



Retrahere a bono.

Cauete a fer/ méto pharíſe/ orũ.q ueniunt ad uos in pelli bus ouinis: & intriſecus ſũt lupi rapaces.
Ne ęmuleris uiros malos: nec deſideres eẽ cũ eis.qa ra pinas meditaẽ mens eorũ: & fraudes labia eoꝝ loquunẽ.
Noli ęmulari ut maligneris. Qm̃ q malig/ nãtur/extermi nabuntur.

Inde/bonus ſi uult/poſitis bene uiuere mundi
Illecebris:tacita & cui loca ſola placent:
Cõtinuo exclamat ſtultus:damnat quoq3 iniquo
Iuditio iuſtum:cõmaculatq3 bonum:
Eſſe(ait)ille putat ſapiens ſibi ſolus:amatq3
Viuere ſeceſſu:ſingula ſola placent:
In chriſto & ſanctis deſperat:gaudia mundi
Temnit:& hypocriſis hunc maleſana rapit.

Sapien.V.
Lucę.xii.
i.Thimo.iiii.

Nos ſocios inter uiuemus:& inſuper alti
Math. V. Speramus tandem prȩmia habere poli.
ii.thim.ii. Qui bonus eſſe cupit/chriſtiq; ad regna uenire:
Ecclеſ.Vi. Audiet a ſtultis talia multa uiris.
&.Vi. Vir bonus & ſapiens mundi uitare laborat
xxViii.q.i. Illecebras:anime & noxia damna fugit.
ſepe. Eheu uana nocet modo conuerſatio mundi:
Lucȩ.xxi. Quȩ ducit cunctos ad ſcelus atq; nefas.
puer.xiiii. Ergo ſi probitas:ſi uirtus:ſi bona uita:
Eccleſiaſt. Non poſſunt in te forſan habere locum:
xxxVii. At ſaltem iuſtos homines ſeducere noli:
Hie.xxix. Parce bono:uerum qui/ſine/tranſit iter.
Ad coll.iii

Omiſſio bonorum operum.

Lampades accendunt oleo quicūq; flagranti:
Quiq; tenent rutilo flagrantes igne lucernas.
Dulcia perpetui capient ſolatia regni:
Ianua pandetur ſimul his pulſata repente.

Boetius Eheu prȩcipiti mortalia corda profunda
mat.xxV. Merſa:ſalutarem quȩrite poſco uiam.
Lucȩ.xiii. In tenebris denſis mens eſt humana ſepulta
pſal.Vi. Nullus enim ſuperum tela triſulca timet.
xii.q.i.oīs. Vita malis hominum ſordeſcit conſita rebus:
Ad he.xii. Mergimus & tumido ſautia corda mari.
De cle. nō Quid prodeſſe tibi poterit/ꝙ feceris olim
reſi. relatū Sinceras operas/& bene facta quidem?
Lucȩ.xii. Quid tibi thuricremas prodeſt ꝙ ſtruxeris aras:
de renū.c.i Frugum primitias obtuleriſq; deo?
de eta. & Quid prodeſt iuuenem primos micuiſſe per annos
qua. intel/ In uirtute ſacra:& degeneraſſe ſenem?
leximus. Quid iuuat & fidei ſacrȩ documenta ſequutum:
Math.x. Qui non continuat nec bene facta colit?



Cum deus omnipotens extrema iudicet hora
Mortales:cunctos & tuba magna uocet:
Quilibet exactę cogetur reddere uitę
Facta:quibus capiet pręmia digna quidem.
Qui cupit extinctas oleo accendiſſe lucernas:
Mens ſua dum nutat:ſpiritus atq; fugit:
Stultus erit ſperatq; nimis:nec triſtia uerba
Iuditii extremi cogitat atq; timet.

Bonorum operũ ne/gligentia.

Quinq; fatuę acceptis lãpa/dib⁹ nõ ſũpſe/rũt oleũ ſecũ. prudẽteſ uero acceperẽt oleũ in uaſis ſuis cũ lampadibus. Nouiſſime ue ro ueniunt & reliq̃ dicentes: dñe dñe aperi nobis.& clau/ſa eſt ianua.Amen dico uo/bis neſcio uos diſcedite a me oms q opami iniquitatẽ. Ite maledicti in ig nem etnũ &c.

i.q.Vii.ſugge/ſtiũ.i.Reg.xii. Math.xxiiii. i.Corin.xiiii.

xx Vi.q.Vi.ſi pſbiter.in glo.

Mat.xxV. Si ſubito moritur ſapiens/ſubitoqꝫ labaſcit:
Sapien.iii. Mors tamen illius non miſeranda uenit:
Hic operas quoniam iuſtas pręmiſit:ad illum
Quem penes ęterno lumine uita manet.
Eccle.xi. Sed fatuus uecors.cui ſunt pręcordia cęca:
deutr.Viii Iuditii horrendam ſpectat aduſqꝫ diem:
Ad heb.ii. Illius ęterno tumulentur membra ſepulchro
Seneca. In cineres denſos mens quoqꝫ praua ruet.
Eccle.Vii. Proh res mortales ſequimur:fatumqꝫ futurum
Math.xi. Negligimus:fatuos impia cura rapit.
de pe.diſt. Non deus extrema uenientes ſpernit in hora:
Vii.nemo. Intutum/incertum/ſed fatuum atqꝫ nimis.
Eze.xxxiii

De pręmio ſapientię.

Poſſumus ad dextram palmę ſpectare coronam:
Ad lęuam mitrę cernimus auriculas.
Ecce ſiniſtrorſum fatuorum maxima turba
Pergit:& exitii pręmia iuſta capit.

puer.xVi O ſtulti(ueniam petimuſqꝫ damuſqꝫ uiciſſim)
Math.Vii Parcite ſi uos nunc noſtra thalia ferit:
Iob.xxVii Iam cano iuſtitię quę pręmia:quanta ſophię
Thob.iiii. Munera largiri conſtituiqꝫ decet.
xl.diſ.c.ſi. Plures ſunt:auido ſtudio qui nomina quęrunt
Vide glo. Et titulos uanos:famigerumqꝫ decus:
xliii.diſ.in Hic etenim titulum doctoris geſtit habere:
ſum. Ille magiſterii nomen habere cupit:
xlVi.di.hꝫ Non ut chriſtigenas doceat:nec dogmata ſacrę
h° De ma. Spargat ſcripturę:fortificet ue fidem:
& obe.hu Laudibus at trahitur/uanaqꝫ cupidine famę:
milis. Ambulat exęſę ſic quoqꝫ rupis iter:
Viii.q̄ſti.i. Cogitat haud rectas/animos quibus imbuat/artes
qualis. Quę nectar tribuant Ambroſięqꝫ cibos.



De via te licitatis.

Eſt uia q̃ uidet homi recta: & nouiſſima eius ducũt ad mortẽ. Spacioſa eſt uia q̃ ducit ad ꝑditionẽ: Anguſta uero & arta quę ducit ad uitã & pauci iueniũt eam. Initium bonę uię facere iuſticiã. cum placuerit dño uię hominis inimicos quoq; ei⁹ ꝯuertet ad pacem. Meli⁹ eſt parũ cum iuſticia q̃ multi fruct⁹ cũ iniquitate.

Eſt apud ęternum patrem/ſapientia mundi
Nulla:ſed hanc ſtolidam ſtultitiamq; uocat.
Plures ſe credunt ad dextrum pergere cliuum:
Adq; ſalutarem poſſe uenire uiam:
Quę per continuos traducit corda labores
Ad ſedem ęthereã pacificumq; locum:
Sed tamen ob mentis cęcas fatuaſq; tenebras
Ad dextram nequeunt tendere rite manum.

Abdie.i.
Corinth.i.

Iudith. Viii.
Actuũ.xiiii.

Lucę.xiii. Eſt uia ſtricta nimis:ducens ad regna polorum:
Ad ſtygios ducit latum iter interitus.
Amphytrioniadem magnis imitabere coeptis
Dió de re/ Si fugis illecebras:uiſq; uidere bonum.
gno. Stultitiam quicunq; etenim comitatur:habebit
Et uitii & ſceleris pręmia iuſta ſui:
Eccle.Vii. Et meritis ſapiens non indotatus abibit.
Et capiet fauſto pręmia clara ſinu.
Plato de Sic Plato poſthabitis fatuis/documenta ſophię
quo hiero. Luſtrauit:famam & poſteritatis habet.
in ꝓlogo Sed modo foelicem nullum prudentia mundi
biblię. Efficit:ętheream ni colat ille uiam.

Neglectus infortunii.

Hic fatuus certe eſt/qui fortunam male fauſtam
Sentit:& in manibus fata ſiniſtra ſuis:
Attamen in caſu multum eſt improuidus iſto:
Negligit &/nunq̃ quod reparare poteſt.

in autē.de
non alie.
aut per.ec. Rebus in humanis ꝙ ſit conſtantia nulla:
col.ii. Nec ſit certa fides:perſtabilis ue gradus:
ꝓuer.xi. Hoc monſtrant hominũ caſus & fata caduca.
Sapiē.iiii. Hoc te fortunę mobilitaſq; docet.
Tullius. Nam res externę foelicem reddere nullum
Seneca. Poſſunt:cum fragili conditione ruant.
Horatius Nulla manus tantis cum uiribus:atq; labore
in arte. Format opus:quod non tempore & intereat.
ff.de dona Sed quia nunc cupio fatuum componere:cui ſors
cã.mor.l. Diſplicet inſtabilis:atq; ruina grauis:
ſenatꝰ.C. Attamen inuigilat ſitibundo pectore rebus
d̕neg. geſ. Fortunę:cautus nec fera fata cauet:
l.iiii. Hic non mirari debet ſi fluctibus altis
Hiere.li. Et laceris remis mergitur uncta ratis.
Eze.xxVi.



Periculum non vitare.

Qui amat peri culū i illo peri/ bit. Iuſticia ſim plicis diriger uiā ei⁹: & [illegible] im pietate ſua cor ruet ipius. Pro pter pctā labio rū ruina proxi mat malo. effu giet aūt iuſtus de āguſtia Via ſtulti recta in oculis ei⁹. Iter aūt ipioꝝ deci piet eos. In ſe/ mita iuſtitię ui ta. Iter aūt de/ uium ducit ad mortem.

ff. como. l. ſi ut.

Si tibi principiis forte infortunia paruis
    Contingunt: tamen hęc ſunt comitata malis.
Prudentum nobis ueterum prouerbia dicunt:
    Et ſunt hęc digito rite notanda meo:
ꝙ mala ſors creſcat: crinis quoqꝫ/nocte dieqꝫ:
    Eſt fati incertus exitus: eſtqꝫ grauis:
Adſit in exemplum rerum mutatio: quę fit
    Lapſibus aſſiduis: ſors peritura fluit.

puer. Vii. Prouideat tamen hanc qui tutus uiuere gliſcit:
Irrepit tacito ſors metuenda pede.
Eccle. lxiii Aequora qui tumidi ſulcat ſpumantia ponti:
puer.xxiii Audet & in fragili tangere naue fretum:
&.xxx. Eſt opus ut uentos habeat flatuſq; ſecundos:
Luce. Viii Ne puppis uaſtis fluctibus acta ruat.
Eccleſi. iii. Nam fatuus/remis rapidas ſulcare per undas
Eſaie.xxiii Qui neſcit:facile hic triſtia damna capit.
Soph.ii. Sed ſapiens/qui non ſemper confidit iniquis
Iob.iiii. Sortibus:atq; animo fata futura cauet:
Sapié. xiiii Is poterit foelix rabiem uitare furentis
Aequoris:& portum prendere naue bonum.

Detractio bonorum.

Detrahit inſipiens iuſtis plerumq; maligno
Ore:ligans nolam gutture murilegi.
Facta ſua inde latere cupit:nec nomen habere
Hinc putat:at tactus clamat ab oſſe canis.

Gaudia concipiunt:plauſus linguaq; manuq;
puer.i. Prudentes edunt:conſtrepitantq; pede:
Eccle. Vii. q modo tot fatuos libro collegimus uno:
Eccle. xxi. qq; quadriremem ſtruximus arte nouam.
Non ad diffames culpas conuitia:crimen:
Carbaſa noſtra uolant:per mare/perq; ſolum:
Nec cupimus calamo uite proſcindere famam:
Gaudeat at iuſtus:ſed malus intereat.
Inde ſalutaris dedimus medicamina uite:
Et dedimus morum dogmata culta quidem.
Qui leget hec noſtri purus documenta libelli:
Stultitie nebulam & retia ſtricta fugit.
Econtra plures fatuos mea pagina ledit:
Pingendo noſtre quos tetigere manus.



Obloqui bene operantibus.

Nõ op⁹ ẽ catti pẽdere in gutture nola: Bella gerẽt mures prin⁹ abſq; metu. Tãge montes & fumigabũt. Verbũ ſapiẽs quodcũq; audierit ſcius laudabit: & ad ſe adiiciat. Audiuit luxurioſ⁹ & diſplicuit illi: & piiciet illud poſt dorſum ſuum.

Nec tamen audacter mea ſcripta reuellere poſſunt
Nec temere hęc contra/uerba proterua loqui.
Nec tamen addubito/quin ſint qui uerbere duro
Intendant noſtros contaminare iocos:
Si ſunt edocti:iuueni mihi parcere debent:
Cui pręceptoris uertere ſcripta placet.
Hos ſi liuor edax trahit:& turbatio mentis:
Saltem operi parcant quod bona multa docet.

Pręceptorem appellát S.Brant

Lędere ſi quoſdam nunc pagina noſtra uidetur:
Diſcedant taciti.murmura nulla iuuant.
Sentio quorumdam criticorum ſibila:ſed me
Solantur gracili carmina facta pede.
Horatius Scribimus indocti doctiq; poemata paſſim:
Vtilis hęc ſaltem ſit mea muſa precor.
Nil fatuos curo:reſonant nil cymbala aſello
Dulcia:tum ſtolido non ſapit illa ſeges.
Lectores igitur moneo:deponite frontis
Grande ſupercilium:perlegite illud opus:
Ceſſent & uocis latratus:rancida uerba
Ceſſent:& placeat quod modo finit opus.

De immoderata menſę turpitudine.

Obſcęnos menſę ritus depingere fas eſt
Illius & fatuos connumerare modos.
Non pudor in uerbis:non eſt reuerentia menſę:
Porcorum ritu gens modo uiuit ibi.

puer.iiii. Sperabam fatuis ſatis hunc ſuppleſſe libellum
&.xiii. Et finem ſatyris impoſuiſſe meis:
pſal.lxViii Altera turba ſed hunc fatuorum ſcandere nauem
Eccle.xxix Aduolat:& mecum poſcit inire fretum.
i.Corith.x Non ſunt fallaces fatui:quos ardor habendi
Eccle.ii. Aut aliquis quęſtus ad mea uela trahat:
iiii.diſtin. Sunt tamen obſcęni fatui quos impius uſus
deniq;. In tabula paſcit abſq; pudore bono:
eſa.xxViii Irreuerenter agunt,paneſq; & fercula menſę:
xliiii.di.c.l More ſuum bibunt:pocula lata uorant.
ff.de ori. Caſtigo in primis ſolitos contingere menſam
iu.l.i. Illotis manibus:mentibus atq; malis.
Math.xV Reddere nec grates ſolitos pro munere chriſto:
Actuũ.Vi Votaq; pro tantis ſacrificarę bonis.



Facecia menſe.

ſum. Cędo libens:meritum docte Iacobe feres.
Qui mea uertiſti uulgaria plauſtra/reuidi
Illa ego:perlegi:ſat placet atq; labor.
Nota magis fuerat nobis inuentio noſtra:
Quo quęq; excerpſi dicta decora loco:

Iccirco aſcripſi loca concordantia:lector
Noſcere quo ualeat:ſingula queq; cito.
Qui tamen & ueniam dabit impreſſoribus oro:
His quia feſtinum nil ſatis eſſe poteſt.
Nempe manu propria ſemel atq; iterum illa reuidi.
Signaui:inuerſa multa ſubinde manu:
Sed tamen illorum preceps labor:atra reliquit
Plurima/que nollem:que mihi diſpliceant.
Que ſi forte uidet lector bonus atq; peritus:
Dat ueniam:erratum nec putet eſſe tuum.
Criticus at ſi quis(cui ſueta calumnia cordi)
Perleget:in ſannas incidet ille:ſcio.
Sufficiet ſed enim doctis feciſſe laborem
Complacitum:ſtultis nil ſatis eſſe poteſt.
Nec mihi principio mens ſubfuit/atq; uoluntas
Scribere:uel ſtultis complacuiſſe uiris.
Nec tibi propoſitum fuit:ut ſatis eſſe putarem
Prudenti:& fatuo tam bona ſcripta uiro.
Iccirco ſtultis linguam linquamus inanem:
In cuius manibus uitaq; morſq; ſedet.
Singula qui carpunt/cupiunt doctiq; uideri:
Nec quicq̃ norunt/ſed ſua ſola placent:
Ille ferus/multos agros depaſtus amenos.
Huncq; Ioſeph patri ſurripuiſſe ferunt
Hos operis noſtri ſtatui mihi ſiſtere finem
Omnia qui carpunt:cum nihil efficiant.
Nil ſatis egregium/dignum/preſtanſq; bonumq;
Quod cunctis poſſit(crede)placere uiris.
Viciſti precibus(fateor)ſuauiſſime frater
Me:tua quo uideam/carmina peruideam:
Quod potui effeci:gaudet tuus ille magiſter
Diſcipuli ingenium tam ualuiſſe ſui.
Perge bonis ceptis:rogat id tuus atq; Iohãnes
Olpigena:fauſto fine/diuq; Vale.

q̃re Seba. Brãt cõcordantias huic operi ap/poſuerit.

Parcendũ im/preſſoribus.

Eccle. Viii.

Eccle. xxx Vii.

puer. x Viii.

Eccleſiaſt. x.

Pſal. lxxix.

Eccleſi. xx.

Sapien. ix.

Iohan. x V.


Ad Gala. i.

xl Vii. di. ꝙ ad.

cõcluſio operis.

Olpe.

De corrupto ordine viuendi pereuntibus Inuentio noua. Sebaſtiani Brant.



ꝙ inordinatio cauſa fuerit deſtructionis oīm rerum.

Stultorum ingentes culpauimus hactenus auſus
Et ſtudia/et mores/interituſq̄ graues:
Qui cymbas/lintres/parcas/ſtlataſq̄/liburna
Merſere/et gaulos/proſumiaſq̄/mari.
Corbita non illos/horia/aut myaparo/phaſelus
Tutari/aut celox:nec potuere rates.
ꝙ ſi ſędulius cauſas fortaſſe pericli
Scrutemur:laqueos interituſq̄ ſui: — Cauſa uniuerſalis periculi.
Perſpicimus cunctos ſine lege atq̄ ordine/remos
Traxiſſe:& uelis non poſuiſſe modum
Atq̄ ideo in Scyllā/Syrtes/breuia/atq̄ charybdim
Vortice detruſos:naufragiumq̄ pati.
E quibus/in ſumma/repetendo ab origine ſtultos
Inuenio cunctos hoc periiſſe modo: — Oſee.Vi.
ꝙ prętergreſſi legemq̄ modumq̄/uiamq̄ — &.Viii.
Quam deus & rerum dictitat ordo decens. — Hier.xxxi.
Omnia quę in cęlo/aut terris/uel in ęquore uiuunt: — Iob.xxx/
Ordine ſeruantur:ſtantq̄ uigentq̄ ſuo — Viii.
Quem ſi deſtituant:ſi uiuere in ordine ceſſent: — Iudicū.V.
Continuo intereunt/in nihilumq̄ ruunt. — Ordīatiōe
Ordine ni firmo ſtarent elementa/perirent: — tua pſeue/
Ordinem habēt certum/tempus/ & hora/ ſuum. — rant dies.
Ordo eſt naſcendi:& uitę certiſſimus ordo: — Pſa.cxViii
Eſtq̄ ſuum mortis tempus/& ordo placens. — Eccle.iii.
Ordinis hęc uirtus:ut certa lege modoq̄ — i.ad corin.
Cuncta gubernentur:ſubpeditata deo. — xiiii.&.xV
Atq̄ ut quiſq̄ minor/maiorem obſeruet:& illi — Ad Ro.x.
pareat:atq̄ libens iuſſa petita ferat. — De cēſ.oīs aīa.

Ordo angelice Jerarchie.

Hunc primum inſtituit rerum pater atq̄ creator
Ordine dum poſuit queq̄ creata bono.

Ad Hebre.ii.	Principio per eum dum condere cuncta parabat
De pe. diſ.ii.c.	Spiritibus ſuperis ordo modoſqꝫ datur.
principium.	Ipſi etiam inter ſe certa ſtatione/choriſqꝫ
Iob.iiii.&.xV.	Cęlicolę ſtarent:maior is:ille minor.
De pe.diſt.ii.	Mox ſed in angelica ſenſit deus ipſe ruinam
hinc etiam.	Natura:ęqualis dum cupit eſſe deo.
De ſum.tri.c.i.	Sic bonus ille prius dęmon: mox ordine rupto
Math.xxV.	Dum caput abiecit:truſus ad ima ruit.
ii.Petri.ii.	**Ordo humani generis.**
Eccle.xVii.	At reparare uolens lapſum deus optimus illum
Geñ.ii.	Condidit humanum/conſtituitqꝫ genus.
De pe.diſt.ii.	Inqꝫ uoluptatis paradyſum deputat illud:
primus homo	Ordine dum certo uiueret/atqꝫ modo:
ii.Mach.ix.	Vt caput agnoſcens ſummum:pręcepta ſequẽdo
i.Corint.xV.	Illius:ipſe feris rex foret atqꝫ caput
Pſal.Viii.	Omnia ſubiiciens hoīs quoqꝫ ſub pede:ſaltem
Ad Hebre.ii.	Se quoqꝫ ſubiectum noſceret eſſe deo.
Gene.iii.	Indoluit ſed enim deſertor tranſfuga dęmon:
De pe.diſt.ii.	Inqꝫ ſuum inuidit poſſe hoīem ire locum:
princeps.	Protinus ut caderet ꝓthoplauſtus ab ordine iuſſo
dā.ii.Corin.xi	Suadet:ut excuteret frena iugumqꝫ docet.
De pe.diſt.ii.a	Sic heu prime parens:uix ſex tua regna per horas
xl.diſ.quelibꝫ.	Integra ſeruabas:pulſus ab inde cito.
& c.adam.	Quoqꝫ die primum factus:rebuſqꝫ creatis
l.diſ.in capite.	Pręfectus:regis nomen habere ſinis.
Gene.iii.	Vtqꝫ tuo panem quęras ſudore:labori
i. Co rint.xiiii.	Subderis aſſiduo:perpetuoqꝫ iugo.
De pe.diſ.ii.	Cauſa fuit:recto quia cędis ab ordine:nec uis
rurſus.	Subditus eſſe deo:ſpernis habere caput.
Lucę.x.	Sic factum:ut Sathanam cęlum retinere nequiuit:
Ezech.xViii.	Nec paradyſus Adam:ſed mox uterqꝫ ruit.

Ordo regni uniuerſalis.

Cumq̧ deus uidit cęlum/terraſq̧/relicto
Ordine pollutas:deſeruiſſe modum:
Ierarcham cęli:terrę & cecidiſſe monarcham:
Seruaſſe & neutrum/tradita in arce/locum:
Regna ſibi ſoli deliberat orbis habenda:
Regaliq̧ ſua uelle tenere manu:
Nec deinde Adamo:nec cuiq̃ poſtea/mundi
Regia cõmiſit ſceptra/uel imperium.
Ceu belli dux:ſigna uidens ſub milite forti
Perdita:mox reparat:ſeruat & illa manu.

Inno.in.c.licet ex ſuſcepto de to.ix.do.alexã in.c.i.x.diſ.& xcVi.diſ.cum ad uerum.

Vſurpatio regnorum.

At noua regna Cayn/cum poſteritate maligna
Vſurpare ſibi cogitat/atq̧ ſuis.
De quibus ipſe deus teſtatus:pęnitet inquit
Me feciſſe hoiem:perdere eumq̧ placet.
Dum uiolant capitis legem:& ſeruare recuſant
Ordinem eum/ſtatuit quem deus/atq̧ modum:
Continuo cunctos hoies/Neptunus in undis
Merſit:& abſorbens corpora cuncta rapit.
Gentibus innumeris de milibus:unus in archa
Octo animas Noe ſeruat ab interitu.
Hunc deus ut uidit ſeruantem ex ordine iuſſa:
Tutatur:natos incolumeſq̧ facit.
Sed mox infęlix Cham us/pudibunda reuelat
Dum patris:infregit iura paterna nimis:
Ordinem & egreſſus/meruit maledicier:isq̧
A patre in exilium migrat ab inde procul.
Quo duce cęlipetę turrim ſtruxere gigantes:
Seq̧ putant fluuiis ſubtrahere atq̧ deo
Quos dein linguarum confuſio facta:probabat:
Ordine corrupto non placuiſſe deo.

Gene.iiii.
Enoch ciuitaſ cõdita:& eius regnũ uſurpatũ. de hoc Auguſtin⁹. li.xV. de ciui.dei.
Gene.Vi.
Ioſephus.li.i. c.V.
Gene.Vii.
i.Petri.iii.
Ad Hebre.xi.
Gene.Viii.
Gene.ix.
Gene.x.&.xi.
Ioſephus.li.i. c.V.

Aſſyriorum monarchia.

Iuſtinus.li.i.	Hinc & in Aſſyriis/Belo duce/prima tiranni
Auguſtin⁹.li.	Atq monarchię ſunt data principia:
xViii.c.ii.	Vſurpata tamen:neq enim ſumpſit ſua Belus
Vſurpare dici	Sceptra ſibi/aut Ninus conſtituente deo.
tur q apponit	Quo moriente:fuit terrę corruptus iniquę
manum rei nõ	Ordo:modum & legem liquit homo/atq deum.
ſubiectę ſuę	Idola ſculpebat:uaria quoq imagine mundus
ptãti.glo.pe.	Errabat:placuit nec modus ille deo.
ii.q.i.multi.	Sic quoq mille/tricentenos:ter quinq per annos
Auguſti.li.iiii.	Hoc regnum/excreuit:ſceptraq lata tulit.
c.Vi.lz ibi nõ	Subq iugum illius miſit deus omnia regna
a belo ſz nino	Quę ſine lege/datum deſeruere modum
inchoet.	Sed luxum ſequitur:dumq ordine Sardanapalus
Tul.V.tuſcul.	Neglecto uiuit:deſiit imperium.
Aug.li.ii.c.xx.	Id quoq/ceu fuerat primum:ſic ſolis ab ortu
	Proximius:finem regna leonis habent.
Danielis.Vii.	Huius enim euulſę ſunt alę.quãdo reliquit
Iuſti.li.i.	Et domini abiecit iuſſa/iugumq dei:
Oroſius.li.i.	Tranſtulit arbaces occiſo Sardanapalo
Danielis.V.	Imperium in Mędos/atq orientis opes.

Medorum monarchia.

Curcius.li.ii.	Sic urſi incępit regnum/ſceptrum/atq poteſtas
Regnum uero	Quę bis centum annis:ſex decieſq ſtetit.
uniuerſale.	Terrarum interea:uerum regnum/& ditio omnis
Deutro.xVi.	In manibus ſteterat ſolius uſq dei
Ioſeph⁹.li.iii.	Qui patribus/moyſiq ſuo:ſanctiſq prophetis:
c.iiii.	Iudicibuſq/ſuas iuſſit habere uices.
Iudicum.ii.	Non reges:ſed tutores.iuriſq miniſtros:
Pſal.xcViii.	Atq ſacerdotes hos iubet eſſe ſuos.
xVii.di.c.por ro.	

Iudeorum regnum.

i.Reg.Viii.	Qui licet iſraheli regem populo unxerit:& Saul
Ioſeph⁹.li.Vi.	Legerit:at modici rex fuit ille ſoli.
c.iiii.	Vniuerſalem neq enim hũc iubet eſſe monarcham

Sola paleſtinę his prędia parua dedit. — i.Paralip.ix.
O quotiens reges illos quoqꝫ mutat:acerbis — Ioſeph⁹ li.Viii
Dum leges ſpernunt/afficit atqꝫ plagis. — ca.iiii.
Pretereo biſquinqꝫ tribus:quę caſpia nunc gens — Ioſephus.li.xi.
Clauſtra colens:fregit nuper & illa fores. — c.V.
Ordo his uiuendi bene dum peruertitur:atqꝫ — iii.Reg.xii.
Dum mandata ſui deſeruere dei: — Eſaię.xiii.
Regali primum ſe ſubduxere coronę: — Ioſephus.li.x.
Durius & grauius mox ſubiere iugum. — c.xi.
Quin tracti in mędos/ubi ſeruitute moleſta:& — Ioſephus. li. x.
Perpetua:pecoris more modoqꝫ iacent. — c.x.de non in/
Vixqꝫ quadringentis/octoginta ſimul annis: — gentis. xiiii.di/
Hoc regnum Iudę/quattuor atqꝫ/ſtetit. — cit annis

Regnum perſarum.

Sicqꝫ ſub hoc urſo regnum Babilonis adauctum: — Babiloniorũ
Perſarumqꝫ ſua lege modoqꝫ fuit. — Hiere.xxVii.
Ordo triplex oris ſic creuit:& ordine terno — Danielis.Vii.
Hoc ſteterant dentes carniphagę uſqꝫ ferę.
Sed Darium inſignis uis/atqꝫ potentia poſtq̃ — Darius
Extulit:& fecit non ſua regna ſequi: — Ioſephus.li.xi.
Victus/& occiſus:uitamqꝫ/& perſica regna: — c.Viii.
Ordinis euerſor finit:& imperii. — Iuſti.li.xi.
Ante hunc & Xerxes/dum militat ordine nullo: — Xerxes
Fuſus ab exigua/diſperiitqꝫ manu: — Herodo.li.Vii
Quiqꝫ adiit graios fremebundi more leonis: — Iuuenalis in ſa
Inſtar mox leporis fugerat attoniti: — tyra.omnibus
Et bis mille rates ſubmerſit in ęquore:gentes — in terris.
Ordine dum caruit perdidit innumeras. — Iuſtinus.li.ii.

Alexandri monarchia.

Mox ſed Alexander uictor/ſic perſica ſceptra — i.Mach.i
Tranſtulit in grecos:Macedonumqꝫ lares. — Danielis.Vii.
Et pardi erexit/duo bis diademata/in uno — Ioſephus.li.xi.
Corpore:eiqꝫ alas/bis dedit eſſe duas: — c.Viii.

Iuſti.li.xii. Sed nimis excędens legem: dumcꝫ ordine uiuit
Ioſeph⁹ li. Contempto: mortis pocula dira bibit.
xii.c.i. Fertcꝫ monarchiam dumtaxat quincꝫ per annos:
Augu.li. In duodena ſed hęc poſtea regna cadunt.
xV.c.V. Sic tria regna quidem hęc/fraterna morte ſacrata
Cayn Principium & finem tunc habuere ſuum.
Geñ.ii. Nempe Cayn primum fraterno ſanguine/regnũ
Sardana/ Incępit: quod poſt migrat ad Aſſyrios.
palus. Vltimus Aſſyrius per funera/Sardanapalus:
Iuſti.li.i. Imperio Mędo principia atra dedit.
Cyrus Primus apud perſas Cyrus: propriacꝫ parentans
Herod.li.i Cęde: dat horrendi principia Imperii.
Darius Maximus & Darius/perſarum grandia regna
Iuſti.li.x. Tranſtulit in gręcos morte ſua indecori:
in fi. Cognatis etenim a propriis/notiſcꝫ/& amicis
curci⁹ li.iii Cęſus: Alexandro tradidit imperium.
Alexãder Gręcus Alexander propria num morte ueneni
magnus Cognata occubuit: interiitcꝫ manu?
Curcius Fraterno primi maduere ſanguine muri:
li.ulti. Sic urbs Roma ſuum/cęde habet/auſpicium.
Romulus Deinde Monarchiam qui Cęſar uendicat: an non
de quo lu/ Cęde ſua. tanti culminis auctor erat?
canus. In fatis(ſuperi auertant quod longius)atcꝫ eſt:
Iuli⁹ Cęſar (Principio ut finis par ſit ubicꝫ ſuo)
Suetoni⁹ ꝙ Romanorum rex ultimus/ipſe ſuorum
Vltim⁹ rex Funereas tandem perluet inſidias.
romanus.

Romanum imperium.

At medio/uaria fortuna/tempore Roma
Extulerat ſeſe/principiumcꝫ capit:
Regibus in primis: dein conſule: Cęſare demum
Oui.i.faſ. Ordine & in ſummo creuit ad uſcꝫ deos.
Fundamenta locans regno/ſceptriſcꝫ futuris:
Atcꝫ monarchię principia ampla ſue.

Mox Romę regum diadema:decemq́ʒ uiratus
Imperium extinctum eſt:ſpretus ut ordo fuit.
Prębuerat primum ſpeciemq́ʒ tirannidis:ut ſe
In uetitum Cęſar iecerat imperium.
Sic etenim ablata pardi ditione,& achiua:
Gręcorum Romam ſceptrum,& habena uenit.
Nęq́ʒ monarchię cuncte licet ordine certo:
Plurima ſub ſceprris regna habuere ſuis.
Non tamen in roto dominatę protinus orbe:
Nec ſua tam late fluxit ubiq́ʒ manus.

Regnum chriſti.

Donec uerbigena rurſus ſub principe chriſto:
Iure ſuo,rediit machina tota deo.
Qui cunctis regnis ceſſantibus,atq́ʒ monarchis:
Ad ſolum chriſtum regio ſceptra tulit.
Totius eſtq́ʒ ad eum mundi reuoluta poteſtas:
In cęlo & terris ſunt data cuncta ſibi.
Sic quoq́ʒ ceſſarunt regna uſurpata tirannis:
Cunctorum regum nam titulum ipſe tulit
Et merito:domini terra eſt:per eumq́ʒ gubernāt
Reges:atq́ʒ ad eum pertinet omne ſolum.
Hinc ſequitur:ꝙ pręſcripſit ſibi nullus ubiq́ʒ
Cum uitio,atq́ʒ mala,iura aliena,fide.
Siue igitur prima penſes ab origine regna:
Illa ſibi dederant principium abſq́ʒ deo:
Sic titulum,iuſtamq́ʒ fidem tenuiſſe nequibunt:
Temporis excuſat nec bene curſus eos.
Siue a carnigero repetemns principe:chriſto
Soli debentur regia ſceptra ſoli.
Rege ſub hoc potuit,regis nomen,titulum ue
Nemo alius iuſto:ſumere principio.
Nec nos commoueat Cęſar cum poſteritate
Qui regna & terras detinuere diu.

l.ii.ff.de orig. iur.
de hoc Paulus Oroſius & Suetonius
xxxV.diſt.ab exordio.
Eſaię.iiii.&.V.
Daniel.ii.ad fi.
Math.x.
Ad heb.ii.
Zach.ix.
p ſal.lxxi.
Math.xxii.
Luce.i.&.xxiiii
pſal.xxiii.
Prouer.Viii.
c.uigilanti.& c.fi.de pſcrip.
Danie.iiii.
c.q̄uis.xxi.diſ.
pb.p.l.cum heres.ff.de diuer.
pręſcrip.
Ad ephe.V.
i.pe.iii.in fi.
xxi.diſ.i nouo.
xxiiii.q.i.loqt.
l.cū querebat C.unde ui.

l.uicia.C.de	Vſurpata etenim fuerant:poſſeſſa nephande
ac.poſſ.	Abſq bono titulo:legitimoq modo.
Inno.in c.bo	Siue ideo Auguſtum repetas:omnem uel Iuli
ne.ii.de poſt.	Progeniem:aut flauios/Anthonios ue pios.
pla.archi.in c.	Hi Conſtantini magni uſq ad tempora:chriſti
uolum⁹.xVi.	Regna:uſu illicito preripuere ſibi.
q.iiii.	Chriſtus nempe fuit ſolus rex uerus:eiq
Eſaię.xii.	Debetur mundi fabrica iure ſuo.
i.Corinth.x.	Ipſe futurorum faciens pontem:ipſe ſacerdos
Geñ.ix. &.xiiii	Ordine Melchiſedech.pręgenituſq deo.
xxiiii.q.i.quod	Quo fit/ut ad chriſtum/cęli terręq poteſtas:
cunq.	Pertineant ſoli/regnaq cuncta ſibi.
xix.diſt.c.itã	Qui petro/atq aliis ſibi ſucceſſoribus:illas
dñs.c.ubi p̃icu	Commiſit totas/tempus in omne/uices.
lũ de elec.li.Vi	Quodcunq in terris ait optime petre ligabis:
Ioh.xx.	Hoc etiam in cęlis uincula firma geret.
Math.xVi.	Solueris & ſi quę nexu:nodum ue relaxes:
xxii.diſ.omnes	Hec eadem in cęlo(crede)ſoluta manent.
xlV.diſt.tria.	**Conſtantinus magnus.**
xcVi.di.cõſtã/	Id Conſtantinus cognouerat induperator:
tinus.de elec.	Atq bonam agnouit/conſtituitq fidem:
fundamenta	Dum capit a petri ſibi ſucceſſore coronam:&
li.Vi.	Imperium:regni tum redit ordo boni.
in aũt. ut deter	Tum uero effectu chriſtus regnare:caputq
ſit nu. cle. poſt	Cunctorũ cępit eſſe hominum/atq ducum:
prin.	Tum cum principio/finis quadrabat:& alpha
xxxV.diſ.ab	O mega coniunctum:lexq modus rediit.
exordio.	Compertumq fuit Chriſtum caput eſſe:habituq
l.ſi unus.ff.de	Atq actu gladium porrigere ancipitem.
pact.	Sic ueri regeſq duces:quicunq fuere
in extrauagan.	Interea:a petro ſceptra tulere ſua.
bonifa.Viii.	ꝙ ſi forte aliquis/petro ſine/regna recepit:
unã ſanctam.	Ille uſurpator/prędoq/furq fuit.

Non etenim intrauit ad ouile per hoſtia uera:
Ordine ſed foedo:more modoq; lupi.
Sic iam mille quidem/quingentenoſq; per annos
Romana hoc ſteterant ordine ſceptra modo:
Rex ſit ut inferior papę:ſimul & fateatur
Eſſe hunc cunctorum ſpirituale caput:
Atq; ab eo imperium capiat:iuretq; fidelem
Tutorem Petri ſe fore/& eccleſię.
Vngitur iccirco:datur & gladius ſibi/ab ipſo
Pontifice:ut prauos cędat:ametq; bonos.
Hęc ſunt illa/deus quę fecit/lumina bina
Magna:quibus mundum luſtret & irradiet.
Maius quippe diem/ceu lampas ſolis/obambit:
Atq; animā inflammat lumine:reſq; ſacras.
Quodq; minus/noctem illuſtrat: terrena gubernat
Corpora:& a magno lumine lumen habet.
Hic ordo rerum eſt:modus hic: lex ſumma tonātis:
Maiori/inferior ſubſit ubiq; ſuo.
Quiq; poteſtati ſeu contrait:ſiue reſiſtit:
Diſplicet huic ſummus quem dedit ordo deus.

Romana monarchia.

Vir deſiderii/Daniel ſanctiſſimus/olim
Cuncta hęc pręuidit:poſtq; futura canit:
Quando leam primum:mox urſum dentibus atris:
Deinde etiam pardum regna priora/notat.
Quę tamen exiguo durarunt tempore:nāq; his
Ordo fuit nullus:lex neq;/cura dei.
Beſtia quarta igitur mirabilis/horrida/fortis/
Viſa eſt:cuncta uorans/comminuenſq; nimis:
Diſſimilis reliquiſq; feris:cui ferreus oris
Rictus erat:pedibus cūcta animata terens.
Cornua magna decem capitis:cornuq; minutum
E medio illorum prodiit horridulum.

xxiii.q.V.non ſolum
de pui.ex ore
c.nouit.de iu.
Iohan.x.
Hoſt.p⁹ Inno.
in.c.q ſuper.
de uoto.
c.ſolite de ma.
& obe.
x.di. ſuſcipit.
de elec. uenera bilem
cle.i.de iu.iu.
lxiii.di.tibi
de ſa.unc.c.i
Gene.i.
dic.c.ſolite
i.Corinth.Vi.
hanc concluſi.
pbat.tho.in tract.de rege
& regno.c.xV
de ma.& obe.
cum inferior
xcVi.di.duo
Ad Roma.xiii.
Danie.Vii.
quarta beſtia.

Idq; oculos habuit turpes:contraq; tonantem
Verba loquebatur grandia:dira nimis.
Hęc fera/Romanum regnum ſignabat aperte:
Atq; monarchiam/Cęſareumq; iugum:
Quod maris occidui poſuit prope littora ſedem:
Angulum & Europę continet exiguum.

decem re/gna Impe/rii.

Id quoq; ſucceſſu diuiſum temporis:ex ſe
Regna decem fecit:particulaſq; decem.
Sic capiti abſtraxit ſua ſubdita membra/fidemq;
Quilibet:& dominum ſpreuit habere ſuum.
Ille armis:hic ui:ſeſe preſcripſit & alter:
Hunc papa exemit prorſus ab imperio.

Anace/phaleoſis Imperii.

Cernimus hoc pacto nullam ſub Cęſare terram
Stare diu:paret rex quia nullus ei:
Atq; inſtar regum:populiq;/urbeſq;/fideles
Imperio quondam:libera abire ſtudent.
Nemo magis curat regni defendere honorem:
Sed priuata magis commoda cuiq; placent.
Acephalos ſine fine uides:pedibuſq; leuatis
In cęlum:ſupra perplacet ire caput.

glo.i c.nullus pl̄ibus in fi. de re. iu.li. Vi.

Ordine peruerſo currus precędit:equiq;
Poſtpoſiti/extremo ſubſtituere loco.
Proinde leuem uoluit/agitatq; Germania cancrū
More meant cancri multa agitata retro.

Figura celi.M.CCCCC.iii.

Credite Germani mox tempora plena periclis
Ventura:& magnis cuncta replenda malis.
Heu quantum uereor ne nos fata impia tangant
Et ſceptrum a nobis imperiumq; trahant.
Aſpicite hanc cęli quā cernitis(oro)figuram:

Cōiūctio triū ſupio rum planetarum.

Se cancro iungunt ſydera ſęua nimis:
Saturnum/Martem/atq; Iouem:uariabile ſignum
Coniungens cancri:friget & humet aquis:

Indicat atq; ſenes/iuueneſq; & Martia corda:
Et clerum/inſtabili mobilitate frui.
Queq; agere incipient:quicquid placet:ocius illud
Prorepet Cancri more/modoq; retro.
Inde graues clades:patrię & cõmunis Erynnis
Et mala prouenient:dii prohibete minas.
Multa quidem nobis aſtra/& fera fata minantur:
Cogitat at nullus tam prope adeſſe diem.
Tempus erit:ſceptrum a nobis tolletur/& ibit
Longius:ah ſaltem theutona terra dole.
Quis mihi/quis lachrymas dabit: ut deflere ruinam
Cõmunem poſſim:uel gemere interitum?

Conſtantinopolitanũ Imperium.

Poſtea q̃ Romam ueterem/pius ille reliquit
Et Conſtantinus Thracia regna nouat:
Pontifices medio tulit inclyta Roma beatos:
Intereaq; horum paruit imperio.
At Conſtantinus firmat ſua regna:duobus
Circum ſepta fretis/boſphoreoſq; mari.
Atq; arcem Europę poſuit fortemq; bonamq;:
Et uallum/lybię contra/Aſięq; minas:
Nomine de proprio uocat hanc: Byzantia quondã.
Vrbs quę dicta fuit:clara potenſq; nimis.
Grecorum retinens ſceptrum per tempora multa:
Hinc quoq; ad occiduum proſpicit imperium.
Sed cum pontifici ſummo parere recuſat:
Tollitur a gręca gente corona uetus.
At neq; ſic legem eccleſię/ſeruare modum ue
Curat:& icc irco funditus interriit.
Nam ſua dum capiti ſubducere colla putabat:
Brachia/colla/manus/perdidit atq; pedes.
Hãc Scythica nuper ueniens Othomãnus ab arcto
Inſidiis cępit:ſubdidit atq; dolis.

Conſtanti nopoliſca put Thra/cię.

Cauſa qua re imperiũ tranſlatũ.

Comperit & tandem grȩcus/ quid ab ordine proſit
Cȩdere:uel proprium nolle tenere caput:
Perdidicitq̨ graui fortuna/acriq̨ periclo:
Quo deus acephalos puniat exitio.

Tranſlatio imperii.

Carolꝰ magnus Germanꝰ ex Ingelnheym natꝰ nõ lõge a magũciaco.

Tranſlato imperio a grȩcis:Germana repente
Natio/ſuſcepit regia ſceptra/& opus.
Germanus quia nam/noſtro quoq̨ natus in orbe
Carolus:& uero ſemine theuton erat.
Nempe orientalis francus fuit:unde recepit
Francia gallorum/quod modo nomen habet.

Diuturnitas Germanorum Regum

Germani ſic nos annis prope ſeptingentis:
Sceptra ſacra/& uittas geſſimus imperii.
Quo liquido patet.in terris ꝙ ſȩcula tanta
Nulla monarchiȩ gens tulit imperium.
Nam Babel/Aſſyrius/Chaldȩus/Parthus/Achȩus
Vltro citro inſtabili regna tulere loco.

Romanus Impator

At nos Romanum nomenq̨:urbemq̨ ſacratam
Continuo in noſtro reximus imperio.
Quodq̨ magis dignũ eſt.reliqui quia iure paterno
Hȩrediſq̨ loco regna habuere ſua.

Electores Imperii

At rex Romanus/legitur per uota uirorum
Integra preſtantum/nobiliumq̨ ducum:

Quare melior electõ Regis q̃ ſucceſſio.

Eligit hunc nullus qui non ſit cȩſare dignus:
Et qui non ſceptrum iure ſuo ipſe ferat.
Traditꝰ hic modus eſt/ ordo quoq̨ Cȩſare Othone
Quo regnum melius conſtet & imperium.

Quorum noĩa habẽtur p̲ glo. i c.ad apl̃i/ ce de re.iu: li. Vi.

Sȩpe etenim ignauus uel iners/uel inutilis excors
Naſcitur:at legitur/frugi homo & eximius.
Sex ita principibus legitur Rex:atq̨ Bohȩmus
Rex paribus uotis ſȩpe uocatus adeſt.
Carolus bis quartus dedit electoribus/amplum
Rheni uectigal/grandia dona ſatis.

Centum mille quidem nũmos capit inde quot annis | Carolus q̃rt⁹ theo/lonia rhe/ni electori bus diſtri/buit.
Quiſq; horum auratos:rex habet inde parum.
Vnde etiam imperium defendere iure tenentur
Conſilio/atq; armis/corpore/pręſidio:
Et merito:imperii penes hos ſubſtantia maior
Nam reſidet:ad eos cõmoda tota fluunt:
Imperium ſed eget:uix nunc Aquila illa decora
Pennigera eſt:rapiunt uiſcera cuncta ferę.
O miſer actęon:cui non tam dura fuit mors: | Oui.ii.me.
Quã lacer a canibus ꝙ foret ille ſuis.
Horum conſilio Rex ſingula facta peregit | de ꝯmitiis germaõrũ Enea ſil/uius i epi.
Semper:& illorum res ſtetit arbitrio.
Cumq; illis tractat cõmitia:cuncta reuoluens:
Quod ſacro in primis imminet imperio.
Sed quã pręgnãtes Germania noſtra dietas
Semper habet:binas una retenſa parit.
Queq; fuit pridem noua:iamq; puerpera:prolem
Parturit:hęc eadem mox quoq; mater erit/
Dumq; diu trahimus conuentus conciliando:
Nil reliqui:ni ꝙ comparuiſſe ſat eſt.
Quicũq; huc ueniunt:quę ſit concluſio/tandem
Scire petunt:alio fertur abacta dies.
Inde etiam inſultat nobis gens quęq;:dietas
Germanas grauidas:& ſine fine uocans.
Cauſa patet:q̃ ſi uerbis effarier auſim:
Principibus noſtris nam mora longa placet.
Quęris aquas in aquis improuide Tantale:ſed nos | Tantalus.
Conſilio ex uno plurima inire iuuat.
Verum ait hiſtoricus(quiſquis fuit ille)priuſq̃ | Saluſti⁹ in cathel.
Incipias factum:conſule:deinde age opus.
Is non conſilium perſuaſerat eſſe perhenne:
Sed quo conſiliis perficiatur opus.
Hoc Fabius quintus/dictator/fecerat:is qui | Q.Fabius
Tardus erat:ſed non ſic quoq; deſes erat.

Seneca — Nec nos aut pręceps factum laudamus:& expers
Conſilii:iuge nec conſilium uſq; placet:
Scis quid forte uelim:medium tenuere beati.
Qui poſt conſilium:facta iniere tamen:
At nos/ah miſeri ingenio/meritoq; gemendi
Germani:longas quęrimus uſq; moras.
Et nihil aut facimus:aut precipitanter aguntur
Res noſtrę:nec adeſt ullius ordo modi.

Thurci irruptio.

Dum nos conſulimus:Thurcus ſua littora gręca
Poſt habet:Illyricos/Pannoniaſq; rapit.
Quiq; Iſtrum prius obtinuit:mox littora adibit
Rheni:& Germanis inferet exitium.
Socordia xpianorũ & torpor. — Inde alio(timor eſt)regni traducere ſceptra
Cernemus:noſtrum & deficere imperium.
Tradimus interea tam fortia corpora uino:
Et iuuat ignauę uiuere luxurię:
Noxius obiectus ludus:iacta alea pernix.
Senio diſplicuit:unio ſęua cadet.
Dii melius:uates utinam ſim falſus:at illud
Fata canunt:mõſtrant tempora/& aſtra docent.
Nec mirum nobis ſi cancer forte minetur:
Iam nuper Cancri cępimus ire uiam.
Germanorum origo — Germanos uero genitos de germine/quondam
Ac uere fratres/fama fuiſſe canit.
glo. xxiiii. diſtin. ca.i. — Nulla ſed o ſuperi eſt hodie concordia noſtris
Germanis:nec pax:lex nec amicitię:
Strabo. — Sed cuncti inter ſe graſſantur more leonum:
Raptoriſq; ſtudent uiuere more lupi.
Inteſtina germanorum bella. — Heu q̃tum uereor bella horrida/bella nephanda:
Inteſtina ſimul ſurgere/& ire procul.
Nam rhenũ(metus eſt)undandum ſanguine multo:
Neue Iſtri fontes/ſtagna cruoris agant:

Dii ſuperi/talem Germano auertite peſtem:
Prelia pellatis Theutonicoq́ ſolo.
Longius in Thurcos/Arabeſq́/& Achaica regna
Hec bellona ferox pulſa/& abacta ruat.
Regna etenim diuiſa cadunt:aditus datur hoſti — Math. xii. Luce.ix. Saluſtius.
Perfacilis. diſpar uertit aratra iugum.

Concluſio vvormacienſis.

Sed quid noſtra queror tam pſpera ſecula:que nūc: — Palinodia
Vnanimes regi conſtituere duces:
Qui ſtabili imperium:& concordi pace ligarunt:
Reddere iudicium/iuſticiamq́ parant.
Foelix Vāgionū locus/urbs fauſtiſſima Rheni:
Concluſum hoc tandem q̄penes/extat opus:
Per quod fama uetus aboletur/& incipiunt nunc
Ordine/Germane res/coalere bono.
Iudicium deinceps inopi datur/atq́ pupillis:
Iuſq́ miniſtratur pauperi:& indigene.

Cōmēdat pncipū & ciuitatum iperii obedientia.

Preſertim cum tam iuſtus/doctuſq́/modeſtus
Preſideat princeps:iudiciumq́ regat:
Qui iunior fuerit q̄uis etate:latinus
Attamen:humanus:moribus atq́ comis:
Illi/maturus/uenerabilis atq́ ſenatus
Aſſidet:& prudens/iuſta/ſenumq́ cohors:
Turbaq́ tam celebris:q̄ totus colligere orbis:
Inq́ unum poſſet uix ſtatuiſſe locum:

Iacobi Marchionis badeñ Iudicis cōſiſtoriane camere cōmēdatio.

Roſtra putas Rome:ſeu uicum Martis Athene:
Seu parlamentum Gallia quale colit.
Iudicio hoc/leges & plebiſcita uigebunt:
Atq́ mali mores frena ſeuera ferent:
Quin & libertas Germani nominis:ampla
Famaq́ durabit perpetuanda diu.
Inde etiam fidei ſequitur tutela ſacrate:
Chriſticoleq́ aderit preſidium eccleſie.

Hinc propellũtur Thurci:atq; iniuria quęuis:
Sęua cohercentur crimina:uiſq; ſilet.
Inde parens ſperet pueris conuiuere lętus:
Hęrebit coniunx coniugis inq; ſinu.
Agros quiſq; ſuos/repararéq; prędia/ſacro hoc
Iudicio Camerę:iuſticiaq; poteſt.
Omnibus hinc terris pax:& tranquilla parantur
Ocia:ſeruantur ſceptraq; & imperium.

ad diuum Maximili/anũ regem apoſtro/pha.

Hęc fortuna quidem tibi enim tibi Maxmiliane
Deſuper a ſummo uenit/adeſtq; deo:
ꝙ tam deuotos/claros uirtute/benignos/
Prętanteſq; duces nactus es imperii:
Conſenſu parili qui regni extollere honorem:
Iurandoq; uolunt iure/ſubeſſe tibi:
Quis non tam ſancto/tam iuſto/tamq; beato
Propoſito faueat?pareat atq; libens?
Certe aiam & corpus decet his impendere rebus
Que/pro iuſticia/ſunt bene cępta/ſacra.
Det modo foelicem finem/optatũq;:probatis
Auſpiciis:iuſto principioq; deus.

Ad prin/cipes elec/tores.

Vtq; palam uobis loquar:illuſtriſſima turba:
Conſcripti patres principis:atq; duces:
Tempora ueſtra deus foelici ſydere obumbrat:
Irradiant ueſtrum fata benigna diem:
ꝙ tam preclaro:iuſtoq;:pioq;/ſubeſſe
Vos decuit Regi:magnanimoq; uiro:
Conſilio ueſtro regnum tutabitur ille:
Et ueſtro/extendet ſceptra ſua auxilio.
Ille gubernator:uos remi/atq; anchora nauis:
Pręſidio ueſtro/portus & aura uenit.

Ad ciuita/tes germa/nię exhor/tatio.

Vos quoq; Germanę gentes:populiq; potentes:
Imperii uobis ſit rogo cura frequens.
Aſtra licet nobis contraria multa minentur:
Dira ſimul:q̃uis ſydera ſęua micent:

Sydera uincemus:maneamus in ordine ſaltem:
 Et capiti ſubſint,membra minora,ſuo.
Parua licet nobis ſit copia:uincere gentes
 Poſſumus oigenas:aſſit ut ordo tamen: Ordo oim
Eſt aliquid modico,bene uiuere poſſe paratu: rerum cō,
 Re quoqꝫ de tenui poſſe leuare domum. ſeruator.
Sępe uides modicas ex ordine pauperis ędes
 Splendere:& nitidis creſcere ubiqꝫ modis.
Rurſus cernis item ſępe alta palatia regum
 Diruta:& e ſummo prorſus abacta loco:
In cineremqꝫ ſuum uerſa & diſiecta,reguntur
 Ordine dum nullo:dum ſine lege meant.
Ordo eſt qui cunctas res creſcere cogit in horas:
 Ordo eſt qui paruos tollit in aſtra lares.
Horror adeſt:errorqꝫ frequens:ubi deficit ordo: Iob.x.
 Ordine peruerſo:nil placet uſqꝫ deo.
Theutones ad ueſtram iccirco:patrięqꝫ ſalutem q̄ oportu,
 Reſpi cite:& regis ſuſcipite imperium. na ſit ipe,
Sic etenim terre,res,oppida ueſtra,domuſqꝫ rio q̄drien
 Tuta ſub incolumi ſtant ſatis imperio. nis inſtitu
Nec uos perturbent,moueant ue indicta tributa: ta cōtribu
 Quę leuia,& facili ſunt ſoluenda modo. tio.
Fęlix pars,quota ſit,ſeu porcio quęqꝫ ſeorſum:
 Conſeruet totum,quę retinetqꝫ ſuum.
Ille obulus bonus eſt,fauſtoqꝫ exponitur uſu:
 Qui libram domino ſeruat ab interitu.
Nec primum hoc uobis indicitur:antea multę
 Soluerunt gentes,& populi armigeri.
Regibus,Aſſyrii ſemper ſoluere tributum: qui prima
 Sub dominis Babylon maxima cenſa fuit. tributa ſol
Indis dum uoluit certare Semyramis:ante uerint re,
 Exegit:domuit ſicqꝫ orientis opes: gibus.
Perſis longimanus Artaxerxeſqꝫ tributa Herodo⁹
 Impoſuit:dictus non minus ille pius: li.ul.

Quin & ſeruator patrię/paciſcꝫ:et amari
A cuncto populo non minus emeruit.
Curcius Macedoneſcꝫ prius q̃ gręcia uicta/Philippo:
Deinde & Alexandro contribuere ſuo.
Lucę.ii. Exiit edictumcꝫ a Cęſare:mundus ut omnis
Per capita hunc cenſum ſolueret imperio.
Quis uel apud Gallos(qui libertate fruuntur
Franca)non cenſum pendere ſemper habet?
Adde uel hiſpanos:uel totum protinus orbem:
Italiam/& calabros/Sarmaticoſcꝫ lares:
Quos metus/atcꝫ timor/regumcꝫ potẽtia/adegit
Soluere compulſos:magna tributa nimis.
At nos liberius/noſtra quocꝫ ſponte/uolentes:
Rem ſimul in noſtram:ſoluimus exiguum.
Id quod nec cenſus dici poterit/ue tributum.
Libera ſed potius munera pręſidii:
Nec minor inde manet libertas priſca/decuſcꝫ:
Quo ſemper fretus theutonus orbis erat.
Sed nos imperii rebus ſuccurrimus:ut nos
Tutari imperium protegere atcꝫ queat.
Credatur nec eni parſum mihi.ſolui ego penſum:
Percꝫ libens/dudum:nec rehabere uelim:
Publica quo impediam tam ſancta negocia regni:
Vnde ſalus patrię pendet/& imperii.
peroratio Theutona terra igitur capiti patienter obedi:
Mandatis pare:& fer ſacra iuſſa libens.
Sic tua ſtare diu poterunt foelitia ſceptra:
Sic uirtute tua uincere cuncta potes.
leui.xx Vi ꝙ ſi uerba dei contemnis:ſubiicieris
Qui tete oderunt:hiſcꝫ tributa dabis.
Luce.xx. Cęſaris ille iubet quę ſunt:dare Cęſari:& ipſi
Marci. xii. Soluere deinde deo:ſunt bona ſi qua dei.
Ordine ſic currus noſter procedet opi mo:
Temonemcꝫ trahent ordine rurſus equi:

Sic quoqꝫ uertemus cancri tam mobile ſignum: Oui.x V. metha.
Vt cauda obtorta ſcorpio proueniat:
Iupiter aſpiciet uultu nos forte ſereno:
Firmior Alcocothen Mars quoqꝫ noſter erit.

Sic breuiter ſtultos tranſcurrimus:ordine rupto:
Qui fuerat regni magna ruina ſui:
Dumqꝫ modum & normam bene uiuēdi atqꝫ beate
Peruertunt:patriam/regna/perdiderant:
Vale inclyte lector.

Epigrāma Thome beccadelli Cymbri adoleſcētuli primarii & impuberis ad D.Sebaſtianū Brant: utriuſqꝫ iuris doctorem: poetā Argutiſſimū. Argentineñ.

Augeſcit merito foelix Germania fama: Thomas Beccadel/lus. Bononie ſtudēs
Iam poterit laudes ſcribere docta ſuas:
Cędere iam poterit/poterit quoqꝫ tradere palmam
Auſonia:& cędet gręcia magna ſibi.
Iſtic iura nitent:aſtręaqꝫ uirgo gubernat:
Cęliuagiſqꝫ patent ſydera quęqꝫ uiris.
Pythagore hi celebrant:hi docti dogma Platonis
Hic reperis uires o medicina tuas:
Hic quoqꝫ & Aonio reuocantur uertice muſę:
Et multis capiti eſt delia laurus honos.
Vnum ſed uolitans extollit fama poetam
Pegaſeo merſit qui bene fonte caput
Quem leges nec iura latent:ſic iura nitere
Carminibus poterunt/pieriis qꝫ modis:
O patrię columen/noſtrę quoqꝫ gloria gentis
Brante:tuę uates firma columna domus.
Italicas nunq̄ ueniſti miror ad oras:
Iura tamen calles:Aoniumqꝫ melos.

Eiuſdē Thome ad Johānem Bergmanum de Olpe.

Ad Ioh. Olpe.

O cui poſteritas nunq̄ debere negabit
Olpe:hoim qui non ſcripta perire ſinis
Imprimę conſpicuę diuina poemata famę
Branti:diuina hęc condere mente ſolet.

Finis Stultifere nauis.

Finis Narragonicę nauis per Sebaſtianum Brant uulgari ſermone theutonico quōdā fabricatę: atq; iampridem per Iacobum locher cognomēto philomuſum in latinum traductę:perq; prętactū Sebaſtianum Brant denuo reuiſę:aptiſſimiſq; concordantiis & ſuppletionibus exornate: Et noua quadā exacta q; emendatione elimatę: Atq; ſupadditis quibuſdā nouis admirādiſq; fatuorum generibus ſuppletę: in laudatiſſima urbe Pariſienſi: nup opera & pmotiōe Gofridi de marnef. Anno ſalutis noſtre. M.CCCC. XC Viii. die. Viii. Martii.

Regiſtrum Stultiferenauis.

Stultifera nauis Folio I
Epigramma Iacobi locher ad lectorem I
Epiſtola Iacobi locher ad Sebaſtianũ Brant I
Carmen eiuſdem ad Sebaſtianum Brant iii
Saphicon Iacobi locher excuſantis ingenii ſui par/uitatem. Folio iiii
Epigramma in narragonicam Iacobi locher ad lectores. Folio V
Idem per pſalmiſtam ad narragoniam. Folio V
Ad Iohannẽ Bergmanũ de Olpe decatoſtichon Iacobi locher folio V
Ad Iacobum locher ſubeundę profectionis narra/gonicę e barbaria in latiale ſolum exhortatio Sebaſtiani Brant. Vi
In narragonicā ꝓfectionẽ celeuſma S.Brant Vi
Prologus Iacobi locher in narragoniam Vii
Hecatoſtichon in proludium auctoris & libelli narragonici. Viii
Argumentum in narragoniam X

Incipiunt fatui.

De inutilibus libris folio x & xi
De bonis conſiliis xi & xii
De auaritia & prodigalitate xii & xiii
De nouis ritibus xiii & xiiii
De antiquis fatuis xiiii & xV
De doctrina filiorum xV & xVi
De delatoribus & litigioſis xVii & xViii
Non ſequi bona conſilia xViii & xix
De incompoſitis moribus xix & xx

De leſione amicitię Folio xx & xxi
de contemptu ſcripturarum xxi & xxii
de improuidis fatuis folio xxii & xxiii
de amore uenereo xxiii & xxiiii
De peccātibus ſup miſericordiā dei xxiiii & xxV
de fatuis edificandi incoeptibus xxV & xxVi
de potatoribus & edacibus xxVi & xxVii
de inutilibus diuitiis Folio xxVii & xxViii
De obſequio duorū dominorū xxViii & xxix
de nimia garrulitate Folio xxix & xxx
Inuenire rē alienā & nō reddere xxx & xxxi
de eo q i alios aiaduertit & met peccat xxxi & xxxii
De contione ſapientię xxxii & xxxiii
Iactatio & confidentia fortunę xxxiii & xxxiiii
de nimia curioſitate mortaliū xxxiiii & xxxV
Mutuum accipere xxxV & xxxVi
de inutilib⁹ uotis & petitionib⁹ xxxVi & xxxVii
De inutili ſtudio Folio xxxVii & xxxViii
Temere loquentes cōtra deū xxxViii & xxxix
Qui alios iudicat Folio xxxix & xl
De pluralitate beneficiorum xl & xli
de eo q q̄rit exceptiōes ad emēdandū ſe xli & xlii
de cuſtodia mulierum xlii & xliii
De adulterio Folio xliii & xliiii
Semper fatuus xliiii & xlV
De iracundia ex leui cauſa xlV & xlVi
de fortunę mutabilitate xlVi & xlVii
De egrotante inobediēte xlVii & xlViii
de nimium apertis conſultationibus xlViii & xlix
Fatuoꝝ dāno ſapiētes nos fieri cōuenit xlix & L

Index libri

Nil curare detractiones hoim folio l.et li.
De ſubſannatoribus & calumniatoribus li.et lii.
Contemptus ęternorum gaudiorum lii.et liii.
Tumultus & cõfabulatio in eccleſia liii.et liiii.
De proteruo ac ſpontaneo periculo liiii.et lV.
De uia foelicitatis & futura pctõꝝ pena lV.et lVi.
Prana maiorum exempla lVi.et lVii.
De uoluptate corporali lVii.et lViii.
Archana eſſe recondenda lViii.et lix.
Vxorem ducere propter opes lix.et lx.
De liuore & inuidia lx.et lxi.
De impatientia correctionis lxi.et lxii.
de fatuis medicis & empericis lxii & lxiii
de ſecularis potentię exitu lxiii & lxiiii
De predeſtinatione lxiiii & lxV
de obliuione ſuiipſius lxV & lxVi
de uitio ingratitudinis lxVi & lxVii
Suiipſius complacentia lxVii & lxViii
De choreis & ſaltationibus lxViii & lxix
de nocturnis ioculatoribus lxix & lxx
de mendicis & eorum uanitatibus lxx & lxxi
De iracundis mulieribus lxxi & lxxii
De potentia fatuitatis lxxiii & lxxiiii
de cura aſtrologię lxxiiii & lxxV
de geographica regionũ inqſitione lxxV & lxxVi
de eo qui non uult eſſe fatuus lxxVi & lxxVii
de non intelligentibus ludos lxxVii & lxxViii
Malefacere & non expectare lxxViii & lxxix
De improuidentia futuri lxxix & lxxx
De litigantibus in iudicio lxxx & lxxxi

de obſcenis fatuis	lxxxi & lxxxii
de ſtatus ſpiritualis abuſu	lxxxii & lxxxiii
de inani faſtu & iactantia	lxxxiii & lxxxiiii
de luſoribus	lxxxiiii & lxxxV
de ſuppreſſis fatuis	lxxxV & lxxxVi
De militibus & ſcribis	lxxxVi & lxxxVii
de ſtulta nũciorũ legatione	lxxxVii & lxxxViii
de cellariis & cocis	lxxxViii & lxxxix
de ruſticorum arrogantia	lxxxix & xc
de paupertatis contemptu	xc.et xci.
Non perſeuerare in bono	xcii.et xciii.
De neglectu mortis	xciii.et xciiii.
Contemptus in deum folio	xcV.et xcVi.
De blaſphemiis in chriſtum	xcVi.et xcVii.
de plaga & indignatione	xcVii.et xcViii.
de fatua permutatione	xcViii & xcix
Honorare parentes folio	xcix & C
de cauillatione ſacerdotum in choro	c.& ci
Superbię oſtentatio folio	ci & cii
de uſurariis & foeneratoribus	ciii
de uana ſpe futurę ſucceſſionis	ciiii
Non obſeruare dies feſtos	cV
Largiri & penitere folio	cVi
de accidię uitio folio	cVii
de externis & infidelibus fatuis	cViii
de fidei catholicę & imperii inclinatione	cix
de aſſentatoribus & paraſytis	cxii & cxiii
de delatoribus & obloquutorib⁹	cxiii & cxiiii
de falſariis & fraudulentia	cxiiii & cxV
de antichriſto folio	cxV & cxVi

Veritatem obticere folio cxVii.et cxViii.
Retractio a bono folio cxViii.et cxix.
Omiſſio bonorum operum cxix.et cxx.
De premio ſapientię folio cxx.et cxxi.
Neglectus infortunii folio cxxi.et cxxii.
Detractio bonorum folio cxxii.et cxxiii.
De imoderata menſę turpitudine cxxiii.et cxxiiii.
De laruatis fatuis folio cxxV.
Viri prudentis deſcriptio cxxVii.
In cõmendatiõem philoſophię cxxViii.
Concertatio uirtutis cum uoluptate cxxix.
Epigrãma ad lectorem folio cxxix.
Obiectio uoluptatis criminãtis uirtutem cxxx.
Reſponſio uirtutis carmine elegiaco cxxxi.
Latina nauis ſeu barca ſocialis cxxxiii.
Excuſatio Iacobi locher philomuſi cxxxiiii.
Socialis nauis mechanicorum cxxxVi.
De Nicolao Kenner Argeñ. cxxxVii.
Epiſtola Iacobi Locher philomuſi ad humaniſſimũ fautorem ſuũ. D. Iohãné. B. de Olpe. cxxxVii.
Ad numeros ſuos ut Iohannem Bergman feſtine Adeant. folio cxxxix.
De ſingularitate quorũdam nouorum fatuorum Additio Sebaſtiani Brant. cxxxix.

Noua inuentio. S. Brant.

De corrupto ordine uiuendi pereuntibns cxlii.
ꝙ inordinatio cauſa fuerit deſtructionis oim rerum folio cxliii.
Ordo angelicę Ierarchię cxliii.

Index libri.

Ordo humani generis folio	cxliii.
Ordo regni uniuerſalis	cxliiii.
Vſurpatio regnorum	cxliiii.
Aſſyriorum monarchia	cxliiii.
Medorum monarchia	cxliiii.
Iudeorum regnum	cxliiii.
Regnum perſarum	cxlV.
Alexandri monarchia	cxlV.
Romanum imperium	cxlV.
Regnum chriſti	cxlVi.
Conſtantinus magnus	cxlVi.
Romana monarchia	cxlVii.
Figura coeli M.CCCCCIII. folio	cxlVii.
Conſtātinopolitanū imperium	cxlViii.
Tranſlatio imperii	cxlViii.
Thurci irruptio	cxlix.
Concluſio VVormatieñ.	cxlix.
Epigrāma Thome beccadelli Cymbri adoleſcentuli Primarii ſtudeñ. Bononieñ. ad S. Brant	clii.
Eiuſdem Thome ad Ioh. Bergmanū de Olpe	clii.
Finis ſtultiferę Nauis folio	clii.

FINIS.

Fatuus mundanus.

Dum me cura tenet ſublimia forte petendi:
Et uigil expecto det mihi digna labor:
Deſtituit fortuna pedem,nixum ꝗ fefellit:
Nec potuit lapſus pes retinere gradum.
Et qui prenſus erat non paruo robore ramus:
Precipitem effractus rettulit ecce ſolo.
Cura, fides,probitas(fueris niſi preditus aſtu
Et uafro ingenio)paruiputata iacent.




SIT . NOMEN
DOMINI
BENEDICTVM
Demarnef

07051

J498
B821s 2